

inducunt, malefici vocantur. Rejctis etiam aliis, qui dicebant, ex maleficio nullum contrahi impedimentum, quod sic perpetuum, ac dirimens, & jura, quae hoc dicebant, esse revocata prosequitur.

Et ideo distinguendum est. Quis impotentia coeundi ex maleficio, esse perpetua, & tunc matrimonium dirimitur. Aut non esse perpetua, & tunc non dirimitur. Et ad hoc exprimentum eodem modo, Ecclesia tempus trivium praefixit, sicut de frigida dicitur. Tamen hoc differtentia est inter maleficio, & frigida. Quia qui propter frigida est impotens, ita est impotens ad unam, sicut ad aliam: Et ideo quando matrimonium dirimitur, non datur licentia ei, ut conjugatur alteri, sed ex maleficio homo potest esse impotens ad unam, & non ad aliam. Et ideo quando iudicio Ecclesiae matrimonium dirimitur, virique datur licentia, ut alteram copulam querat. Ratio autem hujus est, quia, ut docet S. Thom. ibi, ad 4. Maleficio quandoque potest praestare ad omnia impedimentum, quandoque ad unam tantum tollendo a viro conceptum, moventem ad unam, & non ad aliam, quia Damon voluntaria causa est, & tantum agit quantum Deus ei permittit operari.

IX. Quapropter ad removendum tale impedimentum, ad preces, jejunia, elemosinas, sacramentorum frequentiam prius recurrendum est, deinde ad ecclesiasticos Exorcismos, quae si non proficiunt, Ecclesia iudicabit impotentiam esse perpetuam. Nullo autem modo id quod per maleficio factum est, per aliud maleficio tollere licet, ut docet S. Thom. ad 3. quia nec semper id, quod per unum maleficio factum est, per aliud maleficio destrui potest, nec ullo modo debet aliquis deum ad auxilium invocare.

X. Dico tertio. Impotentia naturalis respectiva, probabilis est, quod non dirimat matrimonium. Ita censeo cum S. Th. hic art. 1. ad 5. ubi ait. Non potest esse perpetuum impedimentum naturalis viro respectu unius personae, & non respectu alterius. Sed si non possit implere carnalem actum cum virgine, & tamen possit cum corrupta: tunc medicinaliter aliquo instrumento possunt caustica pudoris frangi, & ei conjugari. Nec est hoc contra naturam, quia non ferret ad delectationem, sed ad meditationem. Abominatio autem mulieris non est causa naturalis, sed causa accidentaliter extrinseca. Sed hoc relinquimus discutienda aliis.

XI. Dico quarto. Impotentia etiam perpetua, si matrimonium iam contractum, esse nondum consummatum subsequatur, illud non dirimit. Pater: Nam quae matrimonium subsequuntur, impedire non possunt, quin validum antea fuerit, & proderit vinculum omnino indissolubile, excepto voto solemnium religionis, quo supra diximus solvi matrimonium nondum consummatum.

S. II.

De impedimento raptus.

XII. Raptus, ut hic accipitur, est abductio personae invitae de uno loco ad alium, sive ad explendam libidinem, sive ad matrimonium contrahendum. Matrimonium ergo inter raptorem, & raptam nullum est iure Civili. Iustinianus enim, lib. 9. de iur. iur. 13. hanc promulgat legem: Nec sit factus raptus virginitatis, sed cui parentis voluerint (excepto raptore) eam legitime copulante matrimonio. Quibus Iustinianus iureas declarat nuptias raptae cum raptore, etiam adveniente postea ipsius & parentum consensu, subdit enim: Quoniam nulloque tempore dante a vestra serenitate licentia eis concessive, qui hodie magis in vestra Republica fudent matrimonia sibi conjugere. Item Carolus Magnus, lib. 6. Capitularium, num. 95. sic statuit: Si qua alterius sponsam, virginem, & viduam, necdum desponsatam raperit, vel furatus fuerit; placuit ut sive eam post sepsaverit, sive dotaverit, sive eam parentum eius voluntate, quocumque comarito ipsam acciperet, vel tenere potuerit, nunquam illam uxorem habeat.

Nullum etiam fuit iure Ecclesiastico antiquo. Nam Concilium Aquisgranense, quod laudat Gratianus, Causa 36. q. 2. cap. Placuit, ait: Placuit, ut si qui rapiunt feminas, vel furantur, aut seducunt, eas nullatenus habeant uxores, quamvis eis postmodum conveniant, aut eas dotaverint, vel nuptialiter cum consensu parentum suorum acceperint.

At postea iure decretalium raptor contrahere potuit cum raptam, modo e dissentiente fieret consentiens in matrimonio. Ita Cap. Accedens, tit. de Raptoribus &c. ubi Innocentius III. Raptam (inquit) puella contrahat cum raptore, si prior dissentio transacta postmodum in consensum, & quod ante dissentio tandem incipiat complacere: dummodo ad contrahendum legitima sine persona.

XIII. Iure autem novo per Concilium Tridentinum statuto, Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 6. decretum est: Inter raptorem, & raptam, quando ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse subsistere matrimonium. Secundo, si raptam a raptore separata, & in tuto, ac libero loco constituta, illum in viam habere posse. Tertio, si raptorem, ac omnes illi consensum, auxilium, & favorem praebentibus ipso iure excommunicatos esse, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint, de proprio gradu decidere. Quarto, raptorem tunc multari raptam, sive eam uxorem duxerit, sive non duxerit, deceter arbitrio Iudicis dotari. Verba Concilii sunt: Decernit S. Synodus inter raptorem, & raptam, quando ipsa in raptoris potestate manserit, nullum posse subsistere matrimonium. Quod si raptam a raptore separata, & in loco tuto, ac libero, constituta, illum in viam habere

consequerit, eam raptor in uxorem habeat. Et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consensum, auxilium, & favorem praebentes sine ipso iure excommunicati, perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint, de proprio gradu decedant. Tenetur raptorem raptam multari raptorem, sive eam uxorem duxerit, sive non duxerit, deceter arbitrio Iudicis dotari. Quibus Concilium de novo non statuit, raptum esse impedimentum dirimens, & jus decretalium explicat, praebentibus modum, quo consensus raptae legitimus sit, & tandem in raptorem, ejusque favores severe animadvertit.

XIV. Non statim tamen ab Ecclesia exordis raptus impedimentum dirimens statutum fuit. Nam Concilia ante quintum saeculum celebrata, ut Chalcedonense, Cap. 17. penam quidem in raptorem mulierum indignae meminim nimirum excommunicationis, sed invalidas nuptias raptoris cum raptam non pronuntiavit. Unde, causa 36. q. 2. cap. Tria legitima afferunt auctoritas Hieronymi conjugium raptam cum raptore accedente voluntate Patris, & accepta a raptore dote quantum pater judicaverit, ratum habentis. Et Ambrosius, in Apologia David cap. 8. Denique (inquit) & puella pater illius, qua vim concubitus nulli desponsata pertulisset, quinquaginta drachmas argenteas accepit; ipsa autem in conjugio permansit. Movebantur autem dicti Patres Leges Deuter. cap. 22. v. 28. si invenit vir puellam virginem, qua non habet sponsam, & apprehendens concubavit eam illa, & res ad iudicium venerit, dabit qui dormivit cum ea patri puella quinquaginta selos argenti, & habeat eam uxorem, quia humiliavit illum, non poterit dimittere eam cunctis diebus vitae suae. Solum ergo a saeculo sexto supra dicta Iustiniani lege, & successively octavo saeculo Caroli Magni, approbante Ecclesia in Concilio Aquisgranensi, coepit raptus esse impedimentum dirimens, quod tamen post undecimum saeculum desisse videtur, cum in decretalibus nulla a summis Pontificibus ratio illius habetur, & leges etiam Imperatorum, in usu esse cessant. In Concilio tamen Tridentino, ut vidimus, renovatum fuit, & quoad penas, & quoad nullitatem modo ab eo praescripto.

XV. Quaes: An sit raptus dirimens matrimonium? Primo, si puella consentiens, sed invito parentibus, abducta fuit. Secundo, si puella dolo abducta est, non vi, vel metu. Tertio, si puella violenter abducta est, non matrimonium contrahendi, sed libidinis explende causa. Quarto, si quis puellam rapuit, non per se, sed per alium. Quinto, si non vir feminam, sed femina virum rapuit.

XVI. Respondetur. Ad primum, negative. Quia ut ait Lucius III. Cap. Cum causam, tit. de Raptoribus: Iste raptor dicitur non debet, cum habeat mulierem, assensum... Iste raptor dicitur non debet, a quo dicitur non debet. Et quidem si puella non nisi volens abducitur, quantumvis ejus abductio consentia fuerit, ut Causa 27. q. 2. dicitur, libertas non impeditur, cum ut supra dictum est, ad ejus validitatem consensus parentum non requiritur; ergo puella volens abducta, quamvis invito parentibus facta, censeri non potest raptus, de quo jus Ecclesiasticum loquitur, cum loquitur tantum de raptu libertati matrimonium adveniente.

Ad secundum, resp. negative. Raptus enim, sine violentia esse non potest, ut patet. Leges 3. §. Aliter autem, si de Incentio, ubi dicitur: Amovet aliquid omnino sine vi: rapti autem sine vi non potest. Abductio autem puro dolo facta, non censetur facta cum vi, & violentia. Quia tamen dolo, est non sperat vim, minuit tamen libertatem; crederem, in simili casu caute procedendum esse.

Ad tertium, alique negant. Verius tamen alii affirmant. Quia violenta puellae abductio, sive matrimonium, sive libidinis causa fiat, perinde officit libertati matrimonii, adeoque verus est raptus, in sententia Tridentini.

Ad quartum, resp. affirmative. Quia tamen veteris raptor est, qui per alium, quam qui per se ipsum rapit.

Ad quintum, resp. neg. Nam de hoc casu, qui aut nunquam, aut non nisi rarissime contingit, Tridentinum nihil statuerit voluit.

S. III.

De impedimento clandestinitatis.

XVII. Clandestinitas in casu presenti idem est, ac matrimonium factum in occulto, id est non in facie Ecclesiae, seu cum praesentia Parochi, vel alterius de ejus licentia, & duorum saltem testium. De hoc locuti sumus supra, q. 3. sub. 3. ubi S. r. ostendimus, matrimonium clandestinum fuisse semper ab Ecclesia prohibendum, ac proinde illicitum, & S. 2. ab Ecclesia in Tridentino factum fuisse impedimentum dirimens. Quae haec evocanda sunt. Solum pro claritate aliquid proponemus & solvemus quaestio.

XVIII. Quaesitio ergo prima: Quid si aliqui contrahant praesente Parochio, & duobus testibus, sed omissis, absque ordinariis dispensatione, proclamationibus? Respondetur, illicite quidem agere, quia transgrediuntur praecipium Ecclesiae jubentis, ut tria proclamatione procedat. Ac nihilominus matrimonium validum est, quia nihil omittitur ex eis, quae ad contractum matrimoniale tamquam essentialia requirit Synodus, sed solum vult, ut per tria proclamationem facilius dignoscatur, si adde aliquod impedimentum, relinquens quod arbitrio Ordinarii, ut docet, Sess. 24. cap. 1.

XIX. Quaesitio secunda: Quid si in loco, ubi Tridentinum publicatum est, aliqui clandestine contrahant cum ignorantia inculpabili hujus decreti?

Ref.

Respondetur: Quod invalide contrahunt, quamvis non peccent. Ratio est: quia ignorantia inculpabilis excusat quidem a peccato formali; non potest tamen efficere, ut qui inhabilis est, fiat habilis: sicut conjugium in quarto gradu invalide sine dispensatione contrahunt, quamvis inculpabiliter ignorent gradum suum conjugunitatis, vel matrimonium in tali gradu esse nullum.

XX. Quaesitio tertia. Quid si incolae loci, in quo Tridentinum receptum est, clandestine contrahant in loco, in quo non erat receptum?

Respondetur: Quod valide contrahunt, nisi tamen illic se conculerit ad eum finem, ut clandestine contrahat. E contra vero incolae loci, in quo Tridentinum receptum non est, si in loco in quo receptum est clandestine contrahant, invalide contrahunt. Ratio primi est, quia Tridentinum, ut ex Cap. cit. in fine patet, nolit decretum suum vim habere, nisi post publicationem: Decernit insuper, hujusmodi decretum in unaquaque Provincia suum robur post octiduum dies habere incipiat a die prima publicationis in eadem Provincia facta, numeranda. Igitur qui in loco, ubi non est publicatum, clandestine contrahit, valide contrahit, etiam ibi tantum per praesentem commoretur: modo tamen eo non se conculerit in fraudem decreti, alioquin invalide contrahit, ut a Sacra Congreg. Cardin. Tridentinum declaratum esse, scribit Zipzus, lib. 4. Consult. 6. Ratio secundi casus est, quia contrahentes fortissimum forum loci, in quo contrahunt ex Cap. Litter sit. tit. de foro competenti, atque ita tenentur contrahere secundum leges loci, in quo contrahunt.

XXI. Quaesitio quarta: Quid si quis morti proximus velit ad prolem legitimum ducere concubinum, nec haberi possit Parochus, aut alius sacerdos de Parochia licentia?

Respondetur: Si sit in loco, ubi receptum est Tridentinum decretum, non posse valide contrahere, nisi necessitas animi tollere quidem potest obligationem, sed non inhabilitatem.

tem, quam indicat lex irritans, nisi forte diceretur in tali necessitate, adesse dispensationem sicut in casu necessitatis, adesse dispensatio tacita, ut quilibet Sacerdos a quibusvis peccatis, & censuris possit absolvere.

XXII. Quaesitio quinta: Quid de matrimonio Catholicorum clandestine contrahentium in Hollandia, aut aliis locis in quibus olim receptum fuit Tridentinum decretum, quod modo ab haereticis illas provincias, & loca occupantibus rejicitur?

Respondetur: Invalide contrahere, si Catholici praesentem habere possunt Parochum, vel alium de ejus licentia sine gravi violo, vel Parochum, vel qui nullus est, vel qui sic laet, ut nequeat inveniri, vel denique quia sine gravi ipsius, aut contrahentium periculo adiri, aut advocari non potest, tunc credere per esse, ex Ecclesiae dispensatione, Catholicos illic coram duobus, vel tribus testibus contrahentes, valide contrahere. Et hoc referente praefato Zipzo, lib. 4. tit. de Synod. num. 16. Declaravit eadem Sacra Congregatio, Concil. Trident. interpretum.

Quod autem attinet ad regionum illarum haereticos, quamvis aliqui putent eorum matrimonia esse invalida, & metas fornicationis, & ad hoc decretum ejusdem S. Congreg. afferant, anno 1602. 26. Septembris, & confirmatum 4. Augusti 1725. videlicet: Haereticos, quosque ubi Decretum Cap. 1. Sess. 24. de Reform. Matrim. est publicatum, tenori talem formam observare, & propterea insertum talem matrimonium absque forma Concilii, quamvis coram ministro haeretico vel magistratu loci contracta nulla atque irrita esse.

Alii tamen probabiliter censent, illos ex tacita summi Pontificis scientia, nec reclamantis dispensatione, si nihil aliud obstat, valide contrahere; si contrahant coram ministro suo, vel ubi consuetudo est, coram duobus testibus. Et ratio est quia Ecclesia eorum matrimonia non rejicit tanquam illegitima. — His tractatibus de matrimonio, terminum illo-

TRACTATUS XIV. DE STATU ANIMAE POST HANC VITAM.



designeris, Lector humanissime, quod cum Theologi communitur in Tractatu de Sacramento toti Theologico cursui terminum figant, nos illud ad ulteriora protrahamus. Finiunt equidem forsasse ibi quaestiones, quae vulgo in Scholis disputantur: sed non finimus, immo superfluit alia plura viri Theologo scitu digna, quibus ipsum imbutum esse deceat, & ut quaerenti facilius, & neganti obviam ire, ipsiusque ad veritatem possit pertrahere. Neque in hoc notitatis gustipiam nos arguat, sequimur enim nostrum Angelicum Praeceptorem, qui in Suppl. 3. p. a. g. 69. ex 4. Sent. dist. 45. Et. Quae ergo ibi S. Doct. tradit, nos brevi, ac familiariter modo huc transferemus. Et primo quidem de receptaculis animarum post mortem sermo erit, an dentur, quae & quot sint, aliaque de illis scitu digna percurramus.

QUESTIO I.

De Receptaculis Animarum post Mortem.

Quo animae exire corporibus addicuntur, nec non ubi usque ad universalem resurrectionem, qua singulae sua corpora resument, mansuræ sint, hic agemus.

DEBIVM I.

An dentur pro Animabus Receptacula, & quot sint?

S. I.

Resolvitur Prima Pars.

I. Dico. Animae statim, ac corpore exiuntur ad aliquem locum seu quasi locum secundum meritum, vel demeritum adducuntur. Ita S. Thom. cit. 2. 2. Suppl. art. 1. Et probat. Nam quamvis substantiae spirituales secundum esse suum a corporalibus (qualia sunt loca) non dependant: quia tamen corporalia medianibus spiritalibus a Deo gubernantur, ideo quodam convenientia dignioribus substantiis digniora corpora adaptantur. Cum autem animabus post mortem non assignentur corpora, quorum sint formae, vel determinati motus, oportet, ut eis assignentur loca secundum congruentiam dignitatis. Unde sicut Deo assignatur pro loco, seu quasi loco, dignissimum inter corpora, nempe, Caelum (Psal. 102. & Psal. 66.) Ideo animas quae sunt in participatione perfecta delectatis, in Celoe esse ponimus, quae vero ab hujusmodi participatione plus, minusve decedunt, in locis, quae statim cuiusque sint, proportionata, collocamus. Cum autem animae

spiritualiter illuminatae proportionem quadam metaphoricam cum corporibus luminosis magis conveniant; animae vero obnubilatae, sive obtenebratae per culpam cum corporibus tenebrosis: propterea loca luminosa illis, tenebrosa illis deputantur. Ita S. Thomas ibi ad 2. Unde per hoc (ait ad 2.) Anima separata directè nihil recipit a locis, sed per modum quo corpora recipiunt, quae conservantur a suis locis: sed ipsa anima ex hoc quod cognoscunt, se talibus locis deputari, sui gaudium ingerunt, vel marem; & sic locis coeque eis in panam, vel primum.

S. II.

Resolvitur Secunda Pars.

II. Dico. Propter quinque status animarum post mortem assignantur eis quinque loca, Paradisus, seu Caelum, Limbus Patrum, Limbus puerorum, Infernus, & Purgatorium. Ita S. Thomas ibi, art. 7. Vel enim, inquit, Anima post mortem, est in statu recipienti finalis primum, vel est in statu, quo impeditur ab illo. Si autem est in statu recipienti finalis primum, hoc est dupliciter. Vel quantum ad bonum; & sic est paradisi. Vel quantum ad malum, & sic ratione actualis culpa, est Infernus, ratione autem originalis est Limbus puerorum. Si autem est in statu, quo impeditur a finali retributione consequenda, vel hoc est propter defectum personae: & sic est Purgatorium, in quo deservitur anima, ne statim primum consequatur propter peccata, quae commiserunt. Vel propter defectum naturae: & sic est Limbus Patrum, in quo deservitur Praesens a consecutione gloriae propter reatum humanae naturae, quae nondum poterat expiari. Haec S. Thomas.

III. Colligitur ex eodem ibi, ad 1. Quod cum bonum contingat uno modo, sed malum multifarie: ideo loca beatae retributionis est unus; loca vero poenarum sunt plura. Colligitur etiam ex eodem, ad 2. statum merendi, & demerendi esse unum statum, cum ejusdem sit posse mereri, & demereri, ideoque omnibus debetur unus locus. Mereri autem, qui recipiunt pro meritis, sunt status diversi: ideoque plura loca debere assignari. Colligitur etiam ibi, ad 3. Quod cum pro culpa originali possit aliquis puniri dupliciter, vel ratione personae, vel ratione naturae tantum; ideo illi culpe respondet duplex limbus.

IV. Oppones, plura quam quinque dicta deberi animabus post mortem loca assignari. Primo, Aer illic caliginosus est Daemonum carcer, ut patet, 2. Petri, qui tamen inter praefata non computatur. — Secundo, Nec computatur paradisi terrenis, in quem tamen Henoc, & Elias translati dicuntur. — Tertio, Ponatur aliquis in originali peccato decedere cum solo veniali, ille in paradiso non esset, nec limbo Patrum, cum gratia careret. Nec in limbo puerorum, cum in



hoc non sit poena sensus, quae tamen peccato veniali debetur. Nec in Purgatorio, cuius poena est temporalis, cum tamen huic debetur poena aeterna. Nec tandem in inferno damnatorum, cum hic culpa mortali actuali careret. — Quarto. Sicut aliqui in gratia decedentes habent aliqua venialia, pro quibus digni sunt poena; ita aliqui in peccato mortali decedentes habent aliqua bona opera, pro quibus digni essent praemio; ergo sicut illis alligatur aliquis locus, in quo puniantur, nempe Purgatorium, sic & contrario debet illis locus assignari, in quo praemientur.

V. Respondens ad primum ex S. Thom. citato loco, ad 4. Quod ad ista caliginosa non assignatur determinata, quasi locus, in quo recipiant retribucionem pro meritis, sed quasi competens officio eorum, in quantum deputantur ad exercitium; & ideo inter receptacula, de quibus nunc agitur, non computatur: Prima enim eis deputatur ignis inferni, Matth. 25. Eadem ratione dicit ibidem, ad 8. Quod licet anima separata aliquando in loco nobis habitacionis puniatur; non est tamen propter hoc, quod locus iste sit proprius locus poenitentiae; sed hoc fit ad nostram instructionem, ut eandem poenam videntes, retrahamur a culpa.

VI. Ad secundum, respondit ex eodem, ad 5. Quod paradisi perfectio pertinet magis ad statum virtutis, quam ad statum reprobationis praemium; & ideo inter receptacula, de quibus nunc agitur, non computatur.

VII. Ad tertium, respondet idem S. Doct. ad 6. Quod illa poena est impossibilis, si remota esset peccata, nisi in inferno puniretur in aeternum. Quod enim veniale peccatum in Purgatorio temporaliter puniatur, accidit ei in quantum gratiam habet adiunctam. Unde si assignatur mortali, quod est sine gratia, poena aeterna in inferno puniatur. Et quia iste, qui cum originali peccato decedit, habet veniale sine gratia, non est incongruens, si ponatur aeternaliter puniri.

VIII. Ad quartum dicit ibi, ad 9. Quod malum non potest esse parum, absque commixtione boni, sicut bonum summum est, absque commixtione mali. Et ideo illi, qui ad beatitudinem, qui summum bonum est, transirent, debent esse, ab omni malo purgati; & propter hoc oportet esse locum, in quo tales purgantur, si hinc non omnino purgati exeant. Sed illi, qui in infernum detrahuntur non erant immunes ab omni bono; & ideo non est simile, quia in inferno existentes praemium bonorum suorum recipere possunt, in quantum bona praerita eis valent ad mitigationem poenae.

IX. Cur autem, quia Patres retardabantur a plena gloria animae ante Christi adventum, assignaretur eis receptaculum speciale, nempe Limbus: Quia autem ante resurrectionem animae purgantur a dolore corporis, non assignetur eis specialis locus ab eo, in quo futura ante haec resurrectionem: Ratio est, inquit S. Thom. ad 10. Quod in gloria poenae consistit praemium essentialiter, sed gloria corporis cum redantur ex anima, tunc cessabit in anima quasi originaliter; & ideo carere gloria anima diversificat statum, non autem carere gloria corporis. Et propter hoc etiam ibidem legitur, scilicet Calum Empiricum debetur animabus sanctis exire a corpore, & conjunctis corporibus gloriosis. Non autem ibidem loci debetur animabus Patrum ante perceptionem gloriae animae, sed post perceptionem ipsius.

X. Ex dictis conficitur, quatuor esse inferorum loca. Est enim locus inferni damnatorum infernus, in quo puniuntur poena damni, id est carere visionis Dei, & poena sensus, nempe, ignis aeterni &c. Et alius inferni locus superior inferno damnatorum. In eo sunt pueri absque baptismi decedentes, ibique puniuntur solum perpetuam poenam damni, & secundum aliquos poenam etiam aliquam sensus, licet multissimam. Supra hunc poenorum limbus est locus, qui dicitur Purgatorium. In hoc praefer poenam sensus, qua per ignem torquentur animae, quibus post mortem adhuc superest aliquod expiandum, adde poenam damni, seu privatio visionis Dei ad tempus, non tamen privatio gratiae. Postremus inferni locus, qui Purgatorio eminet dicitur Limbus SS. Patrum detinebat animas SS. Patrum, qui ante passionem Christi Domini in gratia mortui fuerant, ibique solum poenam carere visionis Dei patiebantur. Hunc locum Ascensionis sua Christus evacuavit. Sed pro maiori explanatione sit

DEBIVM II.

Quomodo illa Receptacula distinguantur.

S. I.

An Limbus Inferni sit idem, ac Sinus Abrahae?

I. Dico Limbus inferni, & Sinus Abrahae olim fuerunt idem locus sola ratione distinctus, nunc vero, nempe, post Christi adventum, sunt duo loca realiter distincta. Ita S. Thom. laudatus, quest. 69. Supplement. art. 4. Prior pars probat, Sanctorum enim animae ad plenum purgatae habebant ante tempora Christi aliquam requiem, quatenus impunes erant a tormentis: non habebant tamen quietem desiderii per consecrationem finis, qui adhuc erant in tenebris, & umbra mortis, desiderantes videre faciem Dei, novum tamen eam videntes. Quatenus ergo ille status habebat aliquid de requie, dicebatur Sinus Abrahae, quia ad illum perveniri non poterat nisi merito illius, qui Accedebat ad Deum speret credentes, Hebr. 11. Fidelium autem Pater est Abraham: Primum enim exemplum credendi hominibus in Abraham datur, qui primus se a vana infidelium segregavit, & speciale signum fidei accepit: & ideo requies illa, qua hominibus post mortem

datur, sicuti Abraham dicitur, ut patet per Aug. lib. 12. super Gen. ad lit. cap. 24. unde Luca 16. ut describitur Lazarus medicum ductum fuisse post mortem in requiem, dicitur datus in Sinum Abrahae.

Quatenus vero deest illi aliquid de requie, dicitur Infernus, & Limbus, seu extremus inferni, vel locus apud inferos. Et in hoc sensu, Gen. 37. vers. 35. dicit Iacob: Descendam ad filium meum Iugens in infernum. Neque enim infernum damnatorum sibi, aut filio, quem noverat innocentem, sic metuebatur, ut eisdem verba proferret. Sed neque sepulchrum nomine Inferni intellexit creari potest. Nam Iacob lugebat Ioseph, quem putabat, a fera devoratum, & proinde sepulchrum. Intellexit ergo locum animarum post mortem, etiam pie viventium, quo sensu dicitur Christum descendisse ad inferos.

II. Secunda vero pars probat. Tum quia in scriptura novi Testamenti nusquam legitur animas iustorum plene purgatas ad Inferos descendere, vel apud inferos detineri. Tum quia ut fuisse ostendi, Tom. 1. in 1. p. Tract. de visionibus Quaesit. 2. Dub. 3. & S. Thom. demonstrat hoc quest. 69. art. 2. Post Christum animas Inferum, qui post baptismum nullam peccati maculam contraxerunt, illorum item, qui post peccati maculam vel in suis corporibus, vel eisdem exiitae sunt ad plenum purgatae, statim in Caelum, & ad clarum Dei visionem perducuntur. Nihil enim est, quod eas impediatur, non macula culpa, quia iam supplicantur ad plenum purgatae: non auliam autem, quod ante Adami peccatum fuerat clausum, per Christum fuit apertum: Unde inquit S. Th. cit. sicut corpus per gravitatem, vel levitatem statim ferretur in locum suum, nisi prohiberetur: ita anima statim soluta vinculo carnis, per quod in statu via detrahentem statim praemium consequuntur, vel poenam, nisi aliqua impediat. Animabus autem plene purgatis, nihil est, quod post Christum impediatur, sicut ante. Quare idem S. Thom. art. 4. conclusit Limbus ergo inferni, & Sinus Abrahae fuerunt ante Christi adventum unus, per accidens, & non per se; & ideo nihil prohibet, post Christi adventum esse Sinum Abrahae, & esse omnino diversum a Limbo, quia ea quae sunt unum per accidens, separari contingit.

III. Ex his inferos, quod locus, qui animabus iustis ante Christum erat Sinus Abrahae, & simul infernus, eisdem post Christum fuit Sinus Abrahae, sed non infernus. Ita S. Thom. ibidem ad secundum dicitur sicut Sinus Abrahae ita & post Christi adventum, sed diversus. Quia enim ante Christi adventum Sanctorum requies habebat desolam requiem adspiciantem Deum. Sed quia post Christi adventum Sanctorum requies est completa, cum Deum viderent, talis requies dicitur Sinus Abrahae, & nullo modo infernus: & ad hanc Sinum Abrahae Ecclesia vult fideles produci.

S. II.

De Limbo Patrum, & Inferno Damnatorum, & de Limbo Puerorum.

IV. Dico Limbus Patrum, & Inferno damnatorum, quantum ad locorum qualitatem sunt loca diversa; sed quantum ad situm loci, probabile est, quod idem locus fuit continuus sit infernus, & Limbus. Ita S. Thom. dicta q. 64. art. 5. ubi probat priorem partem: Tum quia in inferno est poena sensibilis, qua non erant in Limbo Patrum. Tum etiam quia in inferno est poena aeterna, sed in Limbo Patrum desiderantur sancti temporaliter tantum. Hoc idem probabile visum fuit S. August. l. 20. de Civitate Dei, c. 15. dicenti: si non absurde credi videtur, antiquos etiam sanctos, qui venturi Christi tenuerunt fidem loci quidam a tormentis inipiorum remotissimos, sed apud inferos fuisse, donec eos inde sanguis Christi, & ad eum descensus crucis profectus deinceps boni fideles usque illo pretio iam redempti prorsus inferni ascenderent.

Secundam quoque partem probabilem reputat. Quia cum Limbus Patrum esset locus subterraneus, ideoque sub nomine inferni, seu inferorum ab antiquis Patribus indicaretur, ut Gen. 4. Job 17. &c. consequens est, fuisse quoddam situm quasi continuum cum inferno damnatorum, non quidem proprie, & stricte, sed generaliter, & communiter, quatenus utraque loca erant subterranea, quamvis magno intervallo distita. Unde, Luca 16. dicitur, magnum chaos, seu hiatus fuisse intermedium, quia damnati in infima parte cruciuntur, Patres vero in superiori quiescebant. Et propter hoc S. August. relatius dicit Patres fuisse in locis remotissimis a tormentis impiorum, sed apud inferos, ita ut in tormentis erant, eos, quantumvis a longe videre possent: iuxta illud, Luca 16. vers. 23. ubi de divite damnato dicitur: Elevans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, & Lazarum in sinu eius. Si ergo dives in tormentis positus vidit Abraham, & Lazarum in sinu eius; ergo infernus, & Limbus erat idem locus communis. Si vidit eum a longe, ergo Limbus non erat locus immediate contiguus. Si elevans oculos vidit, ergo Limbus Patrum erat in superiore inferorum parte nimirum etiam supra limbum puerorum, & purgatorium; quibus consonat S. Thomas citato, art. 5. dicens: Existentes in inferno secundum diversitatem culpa, diversimodis fuerunt, & poenam. Et ideo secundum hoc gravioribus peccatis incituntur damnati, secundum hoc obscurior locum, & profundior obvinent in inferno. Unde & sancti Patres, in quibus minimum erat de ratione culpa, supremum, & minus reprobis locum habuerunt omnibus puniendis.

V. Posito igitur, quod infernus sit aliquis locus loco communis cum limbo, optime salvatur, quod Christus descensu suo infernum monasterio, non absorberit, qui, ut ait S. Th. ibidem, ad 2. secundum hoc, quod infernus, & Limbus sunt Mem quantum ad situm, dicitur Christum infernum monasterio, & ad infernum descendisse, quando Patres a limbo eripuit, suo desensu, id est, quando non totam multitudinem in infernis existentem inde eripuit, sed solum partem, nempe Patres, qui in supra parte aderant.

VI. Dico secundo. Limbus puerorum, eorum scilicet, qui cum solo peccato originali hinc decedunt, est diversus a limbo Patrum quantum ad qualitatem poenae: est tamen idem locus quantum ad situm, nisi quod Limbus Patrum erat in supremo loco. Ita S. Th. art. 6. Prior pars constat. Quia pueri non adeo ipse hanc vitam, qua Patribus in limbo aderat, in quibus etiam iuxta fidei, & gratia refugiebatur. — Nec obstat, quod pro eadem culpa originali, qui detinentur in limbo pueri, detinerentur & Patres. Nam ut docet S. Th. ibi ad 1. Ad culpam originalem non eodem modo se habent Patres, & pueri: in Patribus enim originali culpa expiata erat, secundum quod erat infirma persona; remanebat tamen imperfectionem ex parte naturae, pro qua nondum erat satisfactio plenaria. Sed in pueris est imperfectionem, & ex parte personae, & ex parte naturae, & ideo pueri, & Patres diversa receptacula assignantur.

VII. De poena, qua in limbo pueri puniuntur, sic sola poena damni in eam sensus varie dispartitur. S. August. est in sententia quod poena etiam sensus, licet missima puniantur, cui plures etiam recentiores subscribunt. Alii sola poena damni puniri sentent. De quo egimus, Tom. 1. in 1. p. q. 10. dub. 3. c. 2. & 3.

VIII. Nota tamen quod quia Limbus puerorum est pars inferni damnatorum (cum revera illi esset in soloriginali moriatur in aeternum sine damna) ideo aliqui cum inter receptacula non recentent. Unde Innocentius III. sermone 1. de omnibus sanctis, locum talium puerorum comprehendit sub inferno, & deinde de his, qui sunt in inferno generaliter, & indistincte dicit, eos ad exercitium diaboli pertinere, & ita tandem dicendum fore: Dissidite a me malidisti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Matth. 25. Cui sententia praecipue adhaerent, qui volunt, tales pueros utraque poena, & damni, & sensus puniri cum Aug. in Eubridio, cap. 93.

IX. Quia item ante Christum nulla anima in Caelum deducebatur, ut nec post eum illa descendit in limbum Patrum, qui descensu Christi ad inferos est evacuatus; ideo facta distinctione temporum, tria tantum aliquid nunciantur ante Christum receptacula, Limbus Patrum, Purgatorium, & Infernum. Tria pariter post Christum, Caelum, Purgatorium, & Infernum.

QUESTIO II.

De Descensu Christi ad Inferos.

Christum in triduo mortis descendisse ad inferos, est articulus fidei, quem in Symbolo Apostolorum profitemur. De hoc quaerimus: An Christus vere ad inferos descendit, ad quem inferorum locum, ad quem finem, & quomodo, an ad omnes inferorum partes eodem modo descendit.

DEBIVM I.

An Christus revera ad Inferos descendit?

S. I.

Quibusdam notatis, recententur Error.

I. Suppono primo. Christum non descendisse ad inferos secundum corpus: illud enim facit in sepulchro toto eo tempore, quod fluxit ab ejus morte usque ad resurrectionem. Quare Concilium Lateran. IV. sub Innocentio III. ait: Descendit inquit ad inferos, resurrexit a mortuis, & ascendit in Caelum. Sed descendit in anima, resurrexit in carne, & ascendit pariter in aeterno. Licet autem secundum animam, & non secundum corpus descendit, totus tamen Christus ad inferos descendisse dicendum est. Quia ut docet S. Thom. 3. p. q. 54. art. 3. Masculinum genus refertur ad hypostasim, vel personam, neutrum autem genus pertinet ad naturam. In morte autem Christi licet anima fuerit separata a corpore, neutrum tamen fuit separatum a persona illius Dei. Et ideo in illo triduo mortis Christi, descendit, quod totus Christus fuit in sepulchro; quia tota persona Christi fuit ibi per corpus sibi unitum, & similiter totus fuit in inferno, quia tota persona Christi fuit ibi ratione animae sibi unitae, totus etiam Christus fuit ubique ratione divinae naturae, ut enim dicit ibi ad 1. Corpus quod tunc fuit in sepulchro, non est pars personae incarnatae, sed natura assumpta. Et ideo per hoc quod corpus Christi non fuit in inferno, non excluditur, quin totus Christus fuerit, sed ostenditur, quod non fuit ibi totum, quod pertinet ad humanam naturam.

II. Suppono secundo. Animam Christi descendisse ad inferos, non eo genere motus, quo descendunt, ac moventur corpora, sed eo genere motus, quo Angelos, & spiritualia movent docet S. Th. 1. p. q. 53. a. 4.

III. Cetera habet veritatem, quoniam moverunt hereticos. Ceteri Theol. Tom. III.

rum quidam. Primo quidem non desierunt, qui articulum illum: Descendit ad inferos plane e symbolo eraderent, eo quod in posterioribus Symbolis Niceno, Constantinopolitano, & aliis nulla fiat ejus mentio. Quia de Rufinus in expositione Symboli Apostolorum falso adscripta Cypriano: ait: Scindendum sane est, quod in Ecclesia Romana Symbolo non habetur additum, descendit ad inferos, sed neque in Orientis Ecclesia habetur hic sermo. Vis tamen urbis eadem videtur esse in eo, quod scriptura dicitur. Quae Rufini verba videtur occasionem dedisse Calvino, ut in primis suis Catechismis descensum Christi ad inferos interpretaretur depositionem corporis ejus in sepulchrum.

IV. Sed videns Calvinus, hanc interpretationem nulla probabilitate defendi posse, ob manifestam batrologiam, qua verbis obscurioribus, si descensus ad inferos non aliud, quam sepulchrum significaret; aliam, sed impiam ac blasphemam interpretationem commentus est, l. 2. Inst. c. 16. §. 10. quae dicit: Christum in locum sceleratorum, hoc est ad inferos, sperserunt, vadem, ad instar Rei submissum descendisse, ut periret, ac deperderet omnia, qua ab illis expectanda erant, poenas; ibique ipsum cum inferorum copia, & aeterna mortis horrore, quasi confertis manibus luctatum esse, ac dices in anima cruciatibus damari ac pedibus hominis perculisse; id est, ipsam fuisse damnationem, & poenas, qua damnationis, ac reprobis flammis aeternis additi ab irato Deo infliguntur. Ita Calvinus; quae quis sine horrore percipiet?

Alius quidam recentior (referente Estio, in 3. dist. 22. §. 2.) absurditatem didicimus interpretationem vitare volens descensum Christi ad inferos interpretatur mortem ejus manifestatam malis spiritibus, ut quem saepe adhaerent promissum mortalibus, eum jam exhibitum scirent. Nonnulli vero, inter quos Durandus, Christum ad inferos descendisse interpretantur, non quod animam ejus realem fuit praesentem inferis exhibuerit, sed propter effectum suum animam Christi in his, qui apud inferos erant, habuerit.

Ecclesia tamen catholica quovis sensu docuit Christum vere secundum animam ad inferos descendisse, ut Patres ac iustos qui ibi captivi detinebantur, liberaret.

S. II.

Affertio Catholica.

Dico. Christus vere secundum animam descendisse ad inferos, non ut damnatorum poenas ibi sustineret, sed ut iustos, qui inibi detinebantur captivi, liberaret. Christi animam vere descendisse in infernum ostendunt verba Psalmi 15. v. 10. Non derelinquet animam meam in inferno. Quae ne alioquin quis torquet, S. Petrus, Act. 2. de Christo interpretatur. Unde Aug. Ep. 99. modo 164. c. 3. ait: Scindendum creaturam enim, quam ex quodam tempore suscipiendo, manus Dei homo factus est, hoc est secundum animam, eum fuisse apud inferos aperte scriptura declarat, & per prophetiam praemissa, & per apostolicum intellectum satis explicita, quae dicitur: Non derelinquet animam meam in inferno, & Epist. 1. cap. 3. Idem Petrus, ait: Tu quoque, qui in carcere erant, spiritibus veniens predicavit, eisdem, inquam, spiritu, quem in cruce moriens, in manus Patris commendavit. Paulus item Ephes. 4. v. 9. Quod autem ascendit, quod est, nisi quia & descendit primum in inferos partes terra? Et ad Coloss. 2. v. 15. Expulsum principatus, & potestates evadit confunderet, palmam triumphans illos in seorsis. Haec, aliaque modo adducta Scripturarum testimonio realem Christum ad inferos descensum adeo aperte fatentur, ut idem Aug. Epist. 99. modo 164. c. 2. ad Evallium dixerit: Quis nisi infidelis negaverit, fuisse apud inferos Christum?

VI. Non fuisse autem, ut ibi damnatorum poenas lueret (quod Calvinus blasphemavit) prohibuit. Tum quia hoc fuisse injuriosum beatitudini, qua anima Christi a primo conceptionis ejus momento donata fuit. Tum quia hoc aperte negat Scriptura Act. 2. vers. 24. his verbis, nempe, quod Deus Christum suscitavit a mortuis solvatis doloribus, quibus impossibile erat teneri eum. Est sane quomodo enim teneri, seu cruciati poterat damnatorum doloribus, tenebris nimirum exterioribus, desperatione, confusione, conscientiae horrore, ignis combustione, visionis, ac frustionis Dei privatione, anima illa, quae semper fuit beata? — Nec obest, quod Petrus ibi dicat solatis doloribus inferni: Hoc enim recte intelligitur de doloribus, non quibus Christus tenebatur, impossibile enim erat teneri eum, sed quibus alii tenebantur, & quibus eum ligare voluissent Demones, sed non poterant. Solvit ergo eos dolores: tum eos non patiendo, quomodo solvi possunt laquei venatorum, non quia tenerent, sed ne teneant, ut ait Augustinus, Epist. 99. modo 164. c. 2. Tum eos ab illis quoque liberavit auferendo, quibus impossibile erat eum teneri, ut ait idem August. ibi.

VII. Ad hunc autem finem, ut nempe iustos, quos apud inferos detentos liberaret, illic descendisse Christum, testatur scriptura, Psal. 67. v. 8. Qui educit victos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris, Pl. 106. Oculos tuos, cap. 6. v. 33. Visitabit nos post dies dies, in die terra suscitabit nos, & vivemus in conspectu ejus; sicut enim, sequamur, ne cognoscamus dominum: quasi dilectum preparavit est expressus ejus &c. cap. 13. v. 14. De manibus fortis liberabo eos, de morte realitatem est: ero mor: eua, & mor: moribus suis ero inferno. Zachar. cap. 9. v. 11. Tu quoque in Jav-



in sanguine testamenti sui missi... non est aqua... Et apud Ecclesiasticum, c. 24. v. 45. Illustris est locus, ubi sapientia Dei sic loquitur: Penetrabo omnes interiora terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.

VIII. Propere hanc fidem Patres tum Græci, tum Latini semper professi sunt, quos inter alios recenset Eftius in 3. dist. 22. §. 2. citato. Concilia item auctoritate sua firmarunt. Nam Ephesini Concilii Patres confiterentur, Christum tertio die resurgentem illud symbolum: Descendit ad inferos, testatur, ejus articulo confessionem ad fidem catholicam pertinere. Quod fatentur, tum August. Epist. 99. modo 164. verbis supra relatis: Quis nisi infidelis negaverit fuisse apud inferos Christum? & paulo post, c. 5. Tenemus firmissime quod fides habet fundatissima auctoritate firmata: quod Christus apud inferos fuit. Tum Fulgentius, l. de Fide ad Petrum, c. 2. inter regulas fidei ponens, Dei filium secundum animam in infernum descendisse, quod repetit Epistola ad Ferrandum Diaconum, c. lib. 3. ad Transmendum Regem, cap. 34. Tum de quo Gregorius, lib. 6. Epist. 15. nunc lib. 7. Epist. 15. Vera fides inquit per Ecclesiam catholicam docet, quia descendens ad inferos Dominus &c.

IX. Hujus congruentiam assignat S. Th. 3. p. q. 52. art. 1. his verbis: Conveniens fuit, Christum ad inferum descendere. Primo quidem, quia ipse venerat penam nostram portare, ut nos a pena eriperet, secundum illud Isaiæ 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit: Ex peccato autem homo incurerat, non solum mortem corporis, sed etiam descensum ad inferos. Et ideo sicut fuit conveniens, cum descendere ad inferos, ut nos a descensu ad inferos liberaret. Unde dicitur Osea 13. Ero mors tua, o mors, ero mortuus tuus inferne. Secundo. Quia conveniens erat, ut victo diabolo per passionem, vinculis ejus eriperet, qui detinebantur in inferno, secundum illud Zachar. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui emissisti vinclos tuos de lacu. Et Coloss. 2. dicitur, Expolians principatus, & potestates, tradidit confideret. Tertio. Ut ficut potentiam suam ostendit in terra, vivendo, & moriendo: ita etiam potentiam suam ostendit in inferno, illum visitando, & illuminando. Unde dicitur in Psalm. 23. Antollite portas principes vestras &c. Gloss. (ex August.) id est, principes inferni, auferite possessionem vestram, quia usque nunc habitatis in inferno detentatis: & sic in nomine Jesu omnes confitentur, non solum calceatum, sed etiam inferorum, ut dicitur Psal. 115. Hæc dicit S. Thoms.

X. Quatuor alia congruentia pro descensu Christi ad inferos afferri solent. Prima. Ex lege antiquæ. Hæc enim exigit, ut amicus visitet amicum, qui poena torquetur, a qua se liberare non potest. Sancti autem Patres in inferno detentam poenam patiebantur prohibitionis ab ingressu Regni Cælorum, a qua per seipsos liberari non poterant, sed per solum Christum. Secunda. Ex lege justitiæ, quæ exigit, ut qui pro aliquo debito in carcere detinetur, soluto pretio liberetur: Sancti autem Patres pro debito peccati originis apud inferos detinebantur. Cum igitur sua morte pretium solverit, æquitas justitiæ postulabat, ut suo descensu illos extraheret. Et hoc est, quod Paulus, ad Coloss. 2. v. 14. dicit: Detens, quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, non solum calceatum, sed etiam inferorum, ut dicitur Psal. 115. Hæc dicit S. Thoms.

XI. Quatuor alia congruentia pro descensu Christi ad inferos afferri solent. Prima. Ex lege antiquæ. Hæc enim exigit, ut amicus visitet amicum, qui poena torquetur, a qua se liberare non potest. Sancti autem Patres in inferno detentam poenam patiebantur prohibitionis ab ingressu Regni Cælorum, a qua per seipsos liberari non poterant, sed per solum Christum. Secunda. Ex lege justitiæ, quæ exigit, ut qui pro aliquo debito in carcere detinetur, soluto pretio liberetur: Sancti autem Patres pro debito peccati originis apud inferos detinebantur. Cum igitur sua morte pretium solverit, æquitas justitiæ postulabat, ut suo descensu illos extraheret. Et hoc est, quod Paulus, ad Coloss. 2. v. 14. dicit: Detens, quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, non solum calceatum, sed etiam inferorum, ut dicitur Psal. 115. Hæc dicit S. Thoms.

§. III.

Contrariis sit satis.

XI. Ræcipua ratio negantium descensum Christi ad inferos, est quia in Symbolo Nicæno ab universa Ecclesia recepto non reperitur hic articulus: Descendit ad inferos: sicut nec apud Patres, qui præfatum Symbolum exposuerunt, & præcipue Augustinum in lib. de Symbolo ad Cæcilianum. Cum autem in eo Symbolo fiat mentio passionis, mortis sepulture, & resurrectionis Christi, non fuisse omisissum descensum ejus ad inferos, qui resurrectionem præcessit, si a Patribus Nicænis fuisse creditus.

XII. Respondet. Quod si descensum Christi ad inferos non reperitur in Symbolo Nicæno; reperitur tamen in Symbolo Apostolico, quod esse genitum Apostolorum factum, in lib. de Veris, Relig. Christi, ostendimus. Secundo. Ex quo descensum Christi ad inferos non exprimitur in Symbolo Nicæno, non bene inferitur, non esse habendum ut articulum fidei. Nam nec expressit sepulchrum Christi, & processionem Spiritus Sancti etiam a Filio; licet ibi dicatur procedere a Patre; & tamen adversarij credunt Christum fuisse sepultum, & Spiritum Sanctum procedere etiam a filio contra Græcos: sicut etiam credunt, Christum indituisse Cœnam, & Baptismum; licet hoc non legatur in Symbolo Nicæno, quia legitur in scriptura. Cum ergo descensum Christi ad inferos in scriptura legatur, ut ostensum est, cur non credatur? Argumentum ergo negativum nullius roboris est. Ratio autem, qua Nicæni Patres descensum Christi ad inferos in Symbolo

non expresserunt, ea esse potest. Quia eorum propositum non fuit omnia fidei capita suo Symbolo explicare, sed vel præcipua duntaxat, vel ea, de quibus excitata tempore fuerat ab hæreticis controversia: ut docet S. Thom. 2. 2. q. 1. art. 9. ad 4.

XIII. Neque officit, quod Rufinus, in supra dicebamus, videatur contrariis. Tum quia Rufini non est magna in Ecclesia auctoritas, ut qui Origenis dogmata occulte fuerit secretas, & perniciosis contentionibus adversus S. Hieronymum Ecclesiam turbaverit. Unde & scripta ejus a Gelasio Papa in Cap. Sagitta Romana dist. 15. cum apocryphis rejiciuntur. Tum quia: esto dicat, descensum Christi ad inferos in Symbolo Ecclesie Romanæ non contineri, illum tamen non negat. Unde, in Exposit. Symboli, ait: Quod in infernum Christus secundum animam descendit, evidenter in Palmis prænuntiatur, quod est, sed solum de modo descensum visus est dist. 11. §. 1.

XIV. Obijciæ secundo pro Calvino. Christus, ut habetur Isaiæ 53. Languores nostros tulit, & peccata nostra portavit suscipiendo in se tanquam sponsum, & vades poenis, quæ pro illis debentur; ergo sicut propterea passus est mortem, & alias generis humani infirmitates, quæ sunt poenæ peccati; ita etiam debuit suscipere in se, & pati cruciatum, quibus in alia vita homo pro peccato puniatur; sic enim plenior erit satisfactio: Quod tunc maxime contigit, quando in cruce positus exclamavit, Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Tunc enim omnes cruciatum, quibus in inferno torquentur damnati in ipsum irruerunt. Et hoc modo ad inferos descendisse dicitur est, suscipiendo in se inferorum poenas, sicut dicitur de carlo descendisse in mundum suscipiendo in se humanam naturam, & ejusque in hac vita penalitates.

XV. Respondet nego confes. Quis quando unus se exhibet voluntarie valem, ac sponsorem satisfaciendo pro peccato alterius, & poenam pro peccato illius debitam in se suscipiendo, non oportet, ut poenam omnem ejus peccato debitam in se suscipiat, præsertim illam, quæ indebitam maximam in se continet; sed sufficit, ut talem in se suscipiat poenam, quæ reddat æquivalentem poenæ pro peccato debite: sicut ut aliquis satisfaciat pro delicto, cui debetur poena suspendii, non requiritur, ut ipse poenam suspendii patiat, sed quod talem exhibeat satisfactionem, quæ æquivalent, & compense poenam suspendii. Cum ergo Christus, qui erat Deus, suscipiendo in se humane nature penalitates usque ad mortem, & æque dignitates sue persone valorando, tantam exhibuerit Deo satisfactionem, quæ quomunque poenam debitam peccato, etiam æternam, & infinitam supercederet, iniquum fuisset eum ulterius poenæ in satisfactionem subicere, maxime tali poenæ peccato proprio unice debite, & quæ cum persona Christi, qui est peccatoris personam gereret, non tamen culpam, & cujus anima essentiali fruenti dicitur, a Deo separari per damnationem cruciatum non poterat.

XVI. Obijciæ tertio. Nihil verit, infernum hic accipi pro sepulchro, in quo positum fuit Corpus Jesu ut de divite, Lucæ 16. v. 22. dicitur, quod sepultus est in inferno: & Pl. 67. v. 7. Qui ducit vinculos in fossitudines, similiter eis qui exasperant, qui habitant in sepulchro.

XVII. Respondet ridiculum esse hanc interpretationem. Primo. Quia S. Petrus supra citatus, Act. 2. loquitur de inferno, in quo sunt dolores, & poenæ: inquit enim, saluti delinquentibus inferni. In sepulchro autem, ubi jacuit Corpus Christi, nullum dolorem pati poterat, aut sensibilem poenam, ut pote ab anima separatam. Deinde: Descensum Christi ad inferos, his verbis, Ecclesiastic. 24. v. 45. prænuntiatur: Tunc erabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Sepulchrum autem Christi non erat in inferioribus partibus terræ: non erat in eo alii dormientes, quia ut habetur, Lucæ 23. v. 23. Joseph ab Arimathea posuit Corpus Jesu in monumento excisum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Dives autem ille non solum dicitur sepultus, sed in inferno, non secundum corpus, sed secundum animam: neutro autem modo fuit sepultus in inferno Christus.

XVIII. Obijciæ quarto. Ideo Christus descendisset ad inferos, ut inde erueret veteres justos, qui ante passionem Christi in Limbo detinebantur, cum eis nondum pateret aditus ad Regnum Cælorum, quod sola Christi morte erat referendum, sed hoc, vel est falsum, vel non probat Christi realem descensum ad inferos: ergo &c. Min. pro prima parte probatur. Nam viam salutis ad regnum fuisse antequam Christus clausam usque ad Christum, eorum justitiæ injuriosum est; nec ullo Sacre Scripturæ testimonio comprobatur. Pro secunda etiam parte probatur. Nam absque eo quod ad inferos realiter descenderet, poterat per manifestationem mortis suæ, ac virtutem, justos apud inferos liberare.

XIX. Respondet conc. maj. nego min. pro utraque parte. Ad prob. primæ partis, nego assumptum. Ejecto enim Adam propter peccatum et paradiso, toti humano generi præclusus mansit aditus in regnum cælesti. Unde dogma fidei est, iustorum animas et corporibus exeuntes in Cælum non evolasse, sed in limbo receptas ibi Christum Redemptorem, qui eos inde ad cælestem patriam transferret, expectasse. Tunc enim, ut ait Apostolus ad Hebr. 9. vers. 8. Nondum propalata erat Sanctorum via, quæ fuso dumtaxat sanguine Christi propalata debebat. De quo S. Thom. 3. p. q. 84. art. 1. videndus, ubi ad 1. ait: Quod Sancti Patres operantur opera justitiae merentium iustitiam Regni Cælestis per suam fidem Christi: secundum illud ad Hebræos 11. Sancti per fidem vicerunt regna; operati sunt justitiam per quam etiam

etiam uniusquisque a peccato pargatur, quantum pertinet ad emendationem propria persona. Non tamen aliter fides, vel justitia sufficit ad remedium impedimentum, quod est per peccatum totius humanæ creaturæ, quod quidem remedium est per sanguinem Christi. Et ideo ante passionem Christi nullus ingressus poterat Regnum Cælesti, ad ipsam fides bastitudinem accedens, quæ consistit in plena Dei scientia. Quod repugnat etiam 3. p. q. 52. a. 5. ad 2. Quæ doctrina habetur tum ex scripturis, tum ex traditione. Ex scriptura quidem, nam Paulus, Hebr. 11. recensens Patribus, qui per fidem opera justitiæ fecerunt concludit, v. 39. Et hi omnes respicientes fidem probati, non acciperunt reprobationem. Die pro nobis, istius aliquid providente, reprobationem fellere gloria usque ad Christum ut ait S. Thom. ibi. Et Traditione etiam. Nam S. Hieron. in Ep. ad Paulam (alios 25. n. 22.) super obitu Bleisille filie: in lege veteri inquit sub peccato Adam omnes tenentur obligari, & ad inferos descendere: confingitur lacryma profusebatur. In Jesu vero, id est, in Evangelio, per quem Paradisus est aperitus, mortem zandæ consequatur. Et S. Gregorius, l. 13. Moral. c. 15. (modo 43.) ait: Illi vero, qui ante: ejus (Christi) adventum in hunc mundum vixerunt, quæz zambibus justitiæ virtutem habentes ex corpore ostendit in sua Cælestis patriæ statim recipi nullo modo poterant: quia nec dum illi vixerat, qui inferni clausura susceptione solvatur, & zsuam animam in perpetua jam fide collocaret. Hæc Gregorius. Hinc Paulus, ad Ephes. 4. v. 8. ait, quod Christus ascendens in altum captivum duxit captivitates. Sicut ergo hoc legis Evangelicæ privilegium est, ut qui nunc omnes libis experient ex hac mortali vita descendunt, statim in cælestem patriam evolvunt, ut suo loco probavimus, & ex Conciliis Florentino, ac Tridentino, sanctum est ita qui in lege veteri quantalibet sanctitate florentes mortem opprobant, ad inferos descendebant, Christum liberatore ibi exsultantes.

XX. Ad prob. min. pro secunda parte dico, eam facile refelli. Si enim eo tantum sensu Christus descendit ad inferos, quæz ejus mors inferis manifestata est, quomodo Christus ab inferis reductus dicitur Psalm. 29. Rediisti ad inferos animam meam? Numquid notitia mortis ejus, virtus passionis apud inferos cessavit, & non potius manet, ac operatur usque in hodiernum diem? Cum ergo dictum non sit, Pl. 157. Non derelinquit diem nostrum, vel virtutem in inferno, sed animam meam? Clarum est, Christum non secundum manifestationem, & virtutem tantum sed secundum animæ præsentiam, ad inferos descendisse. Rufinus, hac posita interpretatione, oportere multo magis fateri, Christum, mox ut exspiravit, ascendisse ad superos, quia mors ejus statim longe certius innotuit superis spiritibus, quam infidelibus. Illud autem nemo concelesteri: ipso etiam symbolo reclamante, in quo ascensio Christi in Cælum non mortis ejus conjungitur, sed resurrectioni postpositum, utpote quadragesimo die post resurrectionem facta. Ex quo ascensio Christi articulo certius adiuæ argumentum sumitur, verum illius ad inferos descensum, cum prorsus similiter illi duo in symbolo ponantur. Si enim in dabitur credendum est, eum ascendisse in Cælum secundum naturam assumptam, & non sine magna absurditate fingeretur alius illius articuli sensus: itidem credendum erit, secundum eandem naturam eum descendisse ad inferos, cum hoc solo discrimine, quod hic synecdochicum sensum, quo tempore descendit ad inferos, non habuisset animam corpori unitam, ideoque non nisi ad animam descensum illum referri posse corpore in sepulchro quiescente; ab ascensu secundum animam, & corpus contigit.

Neque dicas postea passionem Christi, effectum liberationis sibi inferorum: ergaluto statim secum fuisse, ideoque non fuisse necessarium descensum ejus ad inferos. — Nam respondet S. Th. 3. p. q. 52. a. 1. ad 2. Quod passio Christi fuit quasi quædam causa universalis humanæ salutis tam vivorum, quam mortuorum: Causa autem universalis applicatur ad singulas effectus per aliquod speciale. Alio modo dicitur aliquid esse applicatum per aliquod speciale. Unde sicut virtus passionis Christi applicatur vivis per sacramenta congruentia nec passionis Christi: ita etiam applicata est mortuis per descensum Christi ad inferos. Propter quod signanter dicitur Zachar. 9. Quod eduxit vinclos de lacu in sanguine testamenti sui, id est, per virtutem passionis suæ.

DUBIUM III.

An Christus descendit in infernum Damnantium, & quid in eis egerit?

S. I.

Resolutio.

I. Docet S. Thom. 3. p. q. 52. a. 2. Quod dupliciter dicitur, esse aliquid alieni. Uno modo per suum effectum: & hoc modo Christus in quælibet inferorum descendit, aliter tamen, & aliter. Nam in infernum damnatorum habuit hunc effectum, quod descendens ad inferos, eos de sua incredulitate, & malitia conversaret: Illi vero, qui detinebantur in purgatorio, ipse gloria consequenda dedit, sanctis autem Patribus, qui pro solo peccato originali detinebantur in inferno, hunc effectum ostendit. Alio modo dicitur aliquid esse applicatum per suam essentiam: & hoc modo anima Christi descendit solum ad locum inferni, in quo justis detinebantur, ut quæz ipse per gratiam inferni visitaret secundum divinitatem, eos etiam secundum animam visitaret, & loco. Sic autem in una Cæsti Theol. Tom. III.

pari inferni ditione, effectum suum aequaliter ad omnes inferni partes derivavit, sicut & in uno loco terra passus, totum mundum sua passione liberavit. Secundum hanc S. Thomæ doctrinam.

II. Ideo. Christus non descendit in infernum damnatorum secundum realem præsentiam, sed solum secundum effectum, non solum eos a damnatione liberaret, sed quo eos de sua incredulitate conversaret, dando felicitatem per modum cœlestium revelationis eis intelligere, quam iulle sint dimitti, & quantum sit gloria Christi, in quem credere noluerunt, quamque felix beatarum animarum status, quæ jam ab inferno per ipsum erant liberande: Ex quibus sequebatur in damnatis singulariter aliquis dolor ob triumphum Christi, & sanctorum felicitatem.

Assertio ita expolita, pro prima parte probatur. Tum ex Cyrillo Jerol. Catech. 4. August. Epist. 99. & Hieronymo, in cap. 4. ad Ephes. dicitur, ideo Christum ad inferos descendisse, ut eos, qui ibi detinebantur, consolaretur, & liberaret; sed ex inferno damnatorum nullum est confotatus, aut liberavit, ut statim dicitur, ergo ad illum non descendit. Tum quia locus ille neque conveniebat statui Christi, sicut Limbus Patrum, qui erat locus iustorum; neque effectus, quem ibi habuit, requirebat, ut anima Christi ibi esset, sed potius ut per modum notificationis, quæ inter spiritus distantia loci non impeditur, hoc fieret. Sicut ergo dum aliquis Rex ad visitandum eos, qui in suis carceribus detinentur, descendit, eos quidem præsentiter inquit, quibus, vel gratiam liberationis, vel spem gratiæ concedere vult; eos tamen, quos in statu damnationis ad morem abque ullo gratiæ spæ relinquere vult, sua præsentia invivere non dignatur, sed per nuncios indignationis suæ effectus transmittit. Ita Christus eos, ad quos liberandos descendit, sua præsentia honoravit: his autem, quos in æterni damnatione relinquebat, suam præsentiam concedere est indignatus.

III. Pro secunda vero parte, nempe Christum neminem damnatorum suo descensu liberasse, probatur a S. Thom. citata q. 52. a. 6. his verbis: Christus descendens ad inferos operatus est in virtute sue passionis. Et ideo ejus descensum ad inferos illi, sibi liberationis consulti fructum, qui fuerunt passioni Christi conjuncti per fidem charitate formatam, per quam peccata tolluntur. Illi autem, qui erant in inferno damnatorum, aut penam suam passionis Christi non habuerunt, sicut infideles: nec per fidem habuerunt, nullam conformationem habebant ad charitatem Christi patientis: unde nec a peccato sua erant mundati. Et propter hoc descensum Christi ad inferos non contulit eis liberationem a reatu peccati infernali.

IV. Accedit, quod certissimum fidei dogma est, in inferno damnatorum nullam esse redemptionem, ut contra Origenem suo loco demonstravimus (Tom. I. in 2. p. Tract. de Sep. 2. q. 9. Dub. 5.) Hinc S. Aug. Hæres. 70. & ante ipsum Philastrius, Hæres. 74. perstringunt tamquam hæreticam opinionem illorum: Qui dicunt Christum Dominum in infernum descendisse, & omnibus post mortem etiam se nuntiasse, ut confitentibus ibidem salvarentur: cum hoc sit contrarium dicitur Propheta David: In inferno autem quis confitebitur tibi: Et Apostolus, qui sine lege peccaverunt, sine lege peribunt.

Hoc significavit Oseas, c. 13. illis verbis: Ero mors tua, o mors, mortuus tuus ero inferno, videlicet, Christum ibi electis occidisse mortem, quia fecit, ut amplius eos non posset retinere: Infernum autem mortuorum, quæ ex locis subterraneis, quæ per infernum indicantur, partem abstulit, partem reliquit (ut ait Glossa) Electos ducendo, reproboz ibidem relinquendo. Ut enim dicit Gregorius, l. 12. Moral. cap. 8. (modo 11.) illa Osee verba exponens: Iam quod occidimus, agnoscimus, ut poenitent non sit: ex eo quod mortuorum, partem abstulimus, partem relinquimus. Quia ergo in electis fuit sanctitas Dominus occidit mortem, morti mortis existit. Quia vero ex inferno partem abstulit, & partem reliquit, non occidit funditus, sed memorie infernum. Et Homil. 22. in Evangelia: Neque enim inquit infideles quosque, & pro suis criminibus æternis suppliciis deditur ad ventum Dominus resurgendo reparavit, sed illos ex inferni clausuris rapuit, quos suos in fide, & actibus reconquirit.

X. Propterea Concilium tertium Valentinum, & Ecclesia Lugdunensis nono Ecclesie seculo, adeo exploratum habuerunt, Christum solos ab inferis exivisse mortui sunt, & ante illius adventum ad infernum descendissent, ne quidem passum, & efficaciter mortuorum fuisse desinissent. Nam, Ecclesiastic. 24. Sapientia protestatur, se apud inferos justos ab impiis discreduram, dicens: Insipiam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.

S. II.

Solutione Objectionum.

VI. Quia non desunt, qui velint, Christum ad infernum damnatorum realiter descendisse, ideo pro illis pri mo obijctur prædicatus locus Ecclesiasticus: ubi ante prædicit verba, Sapientia dicit: Penetrabo omnes inferiores partes terræ; ergo etiam infernum damnatorum cum locuto generaliter. — Sed respondit S. Th. 3. p. q. 52. a. 2. ad 1. Quod Christus, qui est Dei Sapientia penetravit omnes inferiores partes terræ, non localiter secundum animam omnes circumdando, sed effectum suæ potentia aequaliter ad omnes extendendo: ita tamen, quod solos justos illuminaverit, sequitur enim: Et illuminabo omnes sperantes in Domino.



rationem. Si ergo in qualibet inferi parte etiam damnatorum operata est, fuit ibi localiter presens. Nam (ut Tom. I. in 1. Parte, dictum est) substantia spiritualis est in eo loco, in quo immediate, & contactu virtutis, & suppositi operatur, non autem in eo, in quo solum mediate effectum aliquem habet, quomodo anima Christi in inferno damnatorum operata fuit. Videantur ibi dicta, & 2. Dub. 7.

VII. Obijciunt secundo. Actus 2. dicit Petrus, quod Deus suscitavit Jesum: solutus doloribus, infirmi quibus impossibile erat teneri eum: at in inferno Patrum non erant dolores, sed solum in inferno damnatorum, vel purgatorii; ergo in istis presentialiter fuit.

VIII. Respondet cum S. Th. citato, a. 2. ad 2. Quod quamvis Sancti Patres in inferno detenti non sustulerunt dolores, & cruciatus ab extrinseco proveniente, dolores tamen afflicti sunt ab afflictione glorie, ut notat S. Greg. l. 13. Moral. c. 21. (modo 44.) & S. Th. a. 5. ad 1. Anima vero Christi illuc descendens neutros sustulit. Unde quod Petrus dicit Solutus doloribus, recte intelligitur de doloribus, quos infirmi animæ Christi tenebant, sed quibus alii afflictiabantur, quibusque cum ligare voluissent Demones, sed non poterant, quia impossibile erat eum doloribus inferni affici: Versus autem dolores, inquit S. Th. Christus solvitur ad inferos descendens, aliter tamen, & aliter. Nam dolores inferorum solvit preservando ab eis, sicut medicus dicitur solvere morbum, a quo preserva per medicinam; dolores autem carnis ex afflictione glorie, actualiter solvit, gloriam prebendo.

IX. Obijciunt tertio etiam contra secundam partem, probando Christum suo descensu aliquos etiam in inferno damnatos liberasse. Nam 1. Petri, l. 3. v. 19. dicitur, quod Christus his qui in carcere conclusi erant spiritibus veniens predicavit, qui increduli fuerant aliquando. Quæ verba de descensu Christi ad inferos intelligit Athanasius, Ep. ad Episcopos, dicens: Quod Corpus Christi fuit in sepulchro positum, quando ipse perrexit predicare his, qui in custodia erant spiritibus, sicut dicit Petrus. Qui autem increduli erant, constat, in inferno damnatorum fuisse.

X. Huic objectioni S. Th. a. 2. citato ad 3. duabus occurrat solutionibus. Prima est: Quod his, qui in carcere inclusi erant ob incredulitatem spiritibus, Christus ad inferos descendens predicavit, non eos ad fidem convertendo, & liberando; sed eorum infidelitatem confutando. Unde ejus predicatio nihil aliud fuit, quam manifestatio divinitatis ejus, que manifestata est infernalibus spiritibus per virtuosum descensum illius ad inferos. Quæ responsio est Damasceni, l. 3. Orthodox. lib. 2. 20.

Altera quæ S. Thome videtur plurius, est S. August. Ep. 99. modo 164. ad Evodium, nempe, verba Petri non referri ad descensum Christi ad inferos, sed ad operationem divinitatis ejus, quam exercuit a principio mundi. Ut sic sensus: Quod his qui in carcere conclusi erant viventes, scilicet in corpore mortali, quod est quasi quidam carcer animæ, spiritus sua divinitatis virtute predicavit per inferos inspirationibus, & etiam exterioribus admonitionibus per ora justorum. His, inquam, predicavit, qui creduli fuerant aliquando. Non scilicet predicavit, quando expectabant Dei patientiam, per quam differretur poena delicti. Unde subdit; In diebus Noe, cum fabricaretur Arca.

XI. Ex his emergit tertio solutio utramque concludens, nempe. Quod Christus in infernum descendens predicaverit, sive bonum nuntium audivit, etiam spiritibus, id est animabus illis, que fuerant aliquando incredulae, sed postea videlicet diluivim, eas fuit incredulitatis poenitentia. Dicendum enim videtur, quod Noe annuntians diluivim, quidam in sua incredulitate perierunt; & his in infernum damnatis Christus descendens suam incredulitatem confutavit. Quidam vero tamen videntes diluivim, fuit incredulitatis poenitentiam, & ante mortem fide justificati fuerunt, & hos Petrus dicit, quod increduli fuerant aliquando, indicans in incredulitate non perseverasse. Istis ergo, qui vel erant in limbo, vel fore verius, in poenam adhuc in purgatorio (quia limbus non fore vocari carcer, sed finis Abraham) Christus descendens predicavit, id est bonum nuntium attulit, se esse Redemptorem, & ad hoc venisse, ut eas inde erueret, & ad gloriam transferret. Ita probabiliter.

XII. Obijciunt quarto. Si Christus descendens ad inferos non liberasset damnatos, hoc fuisset vel quia nolisset, vel quia, ut omnes fidentur catholici, mortuus est pro omnibus. Summe ejus justitiam, quia injustum videtur, ut infideles, qui juxta rectam rationem vixerant, quales fuerunt multi, æternis flammis cruciarentur. Sapientia etiam. Non enim convenit, ut culpam, que habuit finem, quando patra est: sine fine puniatur. Secundum vero esse ejus potentiam diminuerit, quasi esset minor in inferno, quam in hoc mundo. Unde cum in hoc mundo de quolibet statu aliquos liberaverit, etiam in inferno de statu damnationis liberasse aliquos dicendum erit.

XIII. Respondet, nec bonitati, nec justitiæ, nec sapientiæ, nec potentie Christi detrahi, etiam in infernum descendens neminem ex ibi damnatis liberaverit. Non detrahitur ejus bonitati. Quia licet mortuus sit pro omnibus quoad sufficientiam pretii, & voluntate generali salvandi omnes: quoad efficaciam tamen non est mortuus pro illis, qui in impietate, vel infidelitate moriuntur, flammis æternis ante ejus mortem erant addicti.

Nec detrahitur justitiæ. Cum enim quovis tempore fides

in Christum mediatorum proposita fuerit tamquam medium ad æternam salutem necessarium. Quocirca enim Deus placuerit, per fidem ei placuerit, & sapientes in auctorem fidei Christum salvi facti sunt, ut Paulus, Heb. 11. testatur, adgens: Quod sine fide impossibile est placere Deo, justum est, ut qui ad lumen fidei adficeret noluerit, ac in fidelitate mortui erant, ideoque peccati & originalis, & actualis obnoxii e via decesserunt, in æternis flammis relinquerentur. Dicere autem quod sine fide, & gratia Christi potuerint servare præcepta moralia, abstinere a peccatis, & innocenter vitam ducere, est ad Pelagium accedere.

Minus detrahitur sapientiæ Christi per hoc, quod culpam que finem habuit cum patra est, sine fide in inferis puniatur. Hoc quippe recte dicitur (inquit S. Gregorius l. 4. Dialog. c. 44.) si infidelitatem non coram hominibus, sed facta peccata. Iniqui enim ideo cum sine deliquerunt, quia cum sine vixerunt; non voluissent utique, si peccassent, sine fide vivere, ut potuissent sine fide peccare. Ostendunt enim, quia in peccato semper vivere cupiunt, quia nunquam desinunt peccare dum vivunt. Ad magnam ergo justitiam judicantis pertinet, ut nunquam carere supplicio, qui in hac vita nunquam noluerunt carere peccato. Sed de hoc jam diximus Tom. 1. in 1. p. Q. 9. Dub. 4. ubi ostendimus damnatorum poenis fore æternas.

Tandem non detrahitur potentie Christi: Nam non fuit (inquit S. Thom. q. 52. p. a. 6. ad 3.) propter Christi impotentiam, non fuit aliqui liberati a quolibet statu infernalium, sicut de quolibet statu mandatorum, sed propter divinam utroque conditionem. Nam homines quantum vivunt, possunt ad fidem, & charitatem converti: quia in hac vita non sunt hinc inde conclusi in bono, vel malo, sicut post mortem ex hac vita. Passio autem Christi habet quidem vim conferendi dona fidei, & charitatis omnibus, qui in peccatis sunt: sed juxta decretum presertim providentiam eam non exercet, nisi in eos, qui sunt in statu, ubi est locus conversionis a peccato ad justitiam. Ideoque bene concluditur, damnatos non fuisse liberatos, quia eos ibi sine fide, & charitate Christus invenit, ubi non est locus ibi donandi, sed solum illis juvandi, qui cum fide viva inventuntur.

XIV. Neque dicitur, fuisse 24. haberi v. 22. Congregabuntur in congregatione antius facti in locum, & Mandabuntur in carcere, & post multos dies visitabuntur. Loqui autem istam de damnatis constat, quia loquitur de idololatriam, nempe militie Cæli adorantibus. Et Joannis 12. v. 32. Christum dicitur: Si exaltatus fuerit a terra, omnia traham ad me ipsum. Si omnia, ergo nihil reliquit, quod non traxerit.

XV. Respondetur enim ad ista textum cum S. Th. a. 6. citato ad 1. Quod Christus descendens ad inferos omnes qui erant in quacunque parte inferni, sunt aliquantulum visitati: sed quidam ad suam consolationem, & liberationem, & consolationem, sicut damnati. Unde ibidem subditur: & erubescet Luna, & confundetur Sol &c. Diei etiam potest, istam loqui de die extremi Judicii, quando Deus visitabit peccatores in malum, semper, & in æternum puniendos. — Ad verba autem Christi respondet Gregorius, Homil. 22. in Evang. Omnia traxit de ecclesiis suis, apud inferos nullum reliquit. Omnia visuit, utique electi.

XVI. Obijciunt quinto. Multi ante Christum fuerunt infideles, qui nullam Dei notitiam habentes præcepta legis nature violarunt; ergo saltem istos a poenis inferni liberavit Deus: nam cum peccatum sit essentialiter injuria, & offensio Dei, sublata semel cognitione Dei, necessario sequitur, nec peccatum, nec injuriam fore insitam; & consequenter, nec poenam insitam promereri, nempe æternam.

XVII. Hæc obijctio duo supponit, quæ superius reprobovimus. Unum quod potest dari ignorantia invincibilis, & inculpabilis de existentia Dei, quod falsum esse ostendimus, Tom. 1. in 1. p. Tract. de Deo, Q. 1. Dub. 2. Alterum, quod dari possit peccatum mere philosophicum, quod pariter rejectimus, Tom. cit. in 2. Tract. de Peccatis, Q. 1. Dub. 5. Unde Alexander VIII. suo decreto, 24. Augusti 1689. propositionem professit: Peccatum philosophicum quantumvis grave, in eo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo ad non cogitat, esse grave peccatum, sed non esse offensivum Dei, neque peccatum mortale dissolvens meritum Dei cum homine, neque æternam poenam dignam. Et Gallicani Præsules, in Epist. ad Innocentium XII. data 7. Kal. Martii, anno 1697. inter multas excerptas ex Libro inscripto: Notas Prædilectionis distulimus, hanc censuram notandam propositionem optimo iure censent: Ut demum Brasilienses, alioquin ita ignorasse Deum, hoc est, invincibiliter, id quoque magna beneficii, & gratia pars est: cum enim peccatum sit essentialiter offensivum, & injuria Dei; sublata Dei cognitione sequitur, nec injuriam, nec peccatum, nec æternam poenam esse. Hac posita doctrina, ut observant Præsules supra laudati, fiet, ut reddantur impeccabiles, & ab æterna poena prorsus immunes, nedum infideles, sed & paricide, hospitem occisores, nefandis libidinibus delicti, quos Deus tanta gratia, hoc est, cæcitate mentis, summaque sui ignorantia donaverit, quod quid horribilius? Adde, quod si peccata infidelium, qui ignorant Deum, non merentur æternam poenam, illis assignandis erit aliquis locus medius ab inferno, & paradiso seclusus, & in perpetuum duraturus, nec esse possit, aut Limbus Patrum, aut purgatorium, aut Purgatorium: hujus autem loci medi, nullum extat in Scriptura, & Patribus vestigium.

Dicendum igitur est, peccata, que infideles ignorantem Deum perpetrarunt violantes præcepta legis nature, esse digna poena æterna, a qua Christus fuit ad inferos descensum minister liberavit, sed potius in eos effudit iram suam, juxta illud Psalm.

Psalm. 78. vers. 6. Effudit iram suam in gentes, & in non nocuerunt, & in regna, que homines suam non innocuerunt.

XVIII. Obijci tandem solent exempla aliquorum, qui ab inferno sanctorum precibus liberati sunt, ut Trajani, qui in impietate, ac infidelitate sua mortuus, precibus S. Gregorii ab inferno liberatus fuit, ut refert Joann. Diaconus, lib. 4. de vita S. Gregorii, cap. 44. S. Joannes Damascenus, in Oratione pro Descentibus, & videtur admitti a S. Thome, 2. q. ar. Suppl. art. 9. ad 9. Item Dinocrates fratris S. Perpetue, qui septennis fato fundus, & in loco tenebroso damnatus, precibus S. Perpetue sororis (ut refert ejus acta) liberatus fuit. Quotum ergo magis per Christi ad inferos descensum damnati aliqui liberati potuerunt.

XIX. Respondet, narrationem de Trajani anime precibus S. Gregorii ab inferno damnatorum liberatione, a viris eruditissimis ab antibus fibulata amandari. Neque enim credibile est S. Gregorium autum fuisse Deum orare, ut eum liberaret, quem sciebat immutabili fide volutate in æternum esse damnatum, cum ipse, lib. 4. Dialog. c. 44. doceret pro infidelibus mortuis omnino non esse orandum, sicut nec pro diabolo, his verbis: Eadem itaque causa est, cur non oratur tunc pro hominibus: igit æternam damnationem, que in æternam causam est, ut non oratur pro diabolo, angelique ejus æternam supplicio deputatis. Quæ tunc etiam causa est, ut non oratur sancti homines pro infidelibus hominibus, impioque defunctis: nisi quia pro eis utique quot æternam damnationem supplicio jam noverunt, ante illum iudicium conspectum orationis sui meriti causa refugunt. Quomodo ergo sancti Gregorius orare potuit pro Trajano in infidelitate mortuo, quem noverat esse in æternum damnatum, & talem orationem a justo iudice esse cassandam? aut quomodo jam iustus iudex non cessavit, sed accepit victam pro viro nedum infideli, sed viris etiam nefandis implicato, ut vel Ethnici scriptores testantur? Nec me movet Joannis Diaconi testimonium, is enim non fuit auctor S. Gregorio copius, nec ea que de ipso scripsit, ex probatis Romanæ Ecclesiæ monumentis excerptis, sed ex ærosos lacunis iuramentum expitatus fuisse credens, sed ex morante Patre Constantino S. Mauri, in suo Oper. S. Greg. editione, lib. 3. vitz ejusdem.

Quoad S. Joann. Damascenum excusari potest; partim quia in his, que sunt facti, non dogmatis, potuit vir sanctus, tametsi doctus, & prudens, fidei, nimium tali narrationi fidem adhibendo; partim, quia ut notat P. Le Quien, differt. 5. inter Damascenicis, Tom. 1. Edit. Oper. Damasceni, quem ipse natus illustravit, & ante illum viri eruditissimi non pauci sententiam, oratio illa pro Descentibus non inest, & ab illis sciat, ut inter genuina Damasceni opera recenseretur non meretur. Immo Baronius, ad ann. Christi 604. n. 60. quamvis eam prorsus non rejicit, Trajani tamen ab inferis liberationem exulat, in eaque Damascenum deceptum fuisse asserit.

De S. Thoma, ex modo quo loquitur apparet eum hypoteticè, non categoricè, & assertive fuisse locutum; nolens enim contendere de veritate, vel falsitate illius narrationis, dicit, quod, si vera est illa narratio, credi potest, quod vel Trajanus non fuerit finaliter in infernum dimissus, sed solum secundum presentiam ejus demerita poenitus, & suspensa interitum definitiva sententia propter futuram S. Gregorii preces, propter quas transiit de inferno ad Cælum, non immediate, sed mediante resurrectione, & post resurrectionem media poenitentia, & baptismo. Vel quod anima Trajani non fuit suspensa a reatu poenæ æternæ absolutæ, sed ejus poena fuit suspensa ad tempus, scilicet usque ad diem judicii. Ita data illa narratio discurrit S. Thom. concludens: Nec tamen oportet, quod hoc hæc comminatio per justitiam, & quia alia sunt, que lege comminatio addunt, & alia que singulariter ex privilegio aliquibus conceduntur. Sic autem sunt humanarum limitis rerum, alia divinarum signa virtutum, ut Augustinus dicit in libro de Cura pro mortuis agenda, cap. 16. Verum tutius est narrationem prædictam veram esse negare, nec admittere, precibus S. Gregorii privilegium fuisse concessum, quod Christo descendenti ad inferos solummodo fuisse negatum.

De Dinocrate. Dico cum P. Ruitart. in Actis Martyrum sanctis, pag. mibi 90. Hæc exemplo solum probari, Dinocratem precibus sororis Perpetue & purgatorio poenis liberatum esse. Cum enim septennis mortuus fuisset, & proinde in ætate capax peccandi, potuit mentiri, vel aliquo levi piculo animam maculare, ob que fuit in purgatorio detentus. Caterum Dinocratem fuisse ante mortem baptizatum negari non potest, ipsa S. Perpetue affirmante, totam suam familiam, excepto Patre, Christi religionem una cum baptismo suscepisse.

§. III.

De pueris in Limbo existentibus.

XX. Dico. Pueri, qui cum originali peccato decesserant, non fuerunt a Christo liberati. Ita S. Thom. 3. p. q. 90. art. 7. hac ratione: Descensus Christi ad inferos in illis solus effectus liberationis habuit, qui per fidem, & charitatem passio Christi conjungebatur, in cuius virtute descensus Christi ad inferos liberatoris erat. Pueri autem, qui cum originali peccato decesserant, nullo modo fuerant conjuncti passioni Christi per fidem, & dilectionem. Neque enim fidem propriam habere poterant, quia non habuerunt usum liberi arbitrii, neque per fidem parentum, aut per aliquod suum sacramentum fuerant a peccato originali mundati. Et ideo descensus Christi ad inferos iniquissimè poenis non liberavit ab inferno.

XXI. Aliam rationem dat S. Thomas ibi dicens: Sancti Patres ad inferos sine liberati per hoc, quod ad gloriam divina visio sine admitti, ad quam nullus potest pervenire nisi per gratiam, secundum illud Roman. 6. Gratia Dei vita æterna. Cum igitur pueri cum originali peccato decesserint gratiam non habuerint, non fuerunt ab inferno liberati.

XXII. Hæc est, ac fuit semper Ecclesiæ Catholice doctrina, cuius testes sunt Patres. Augustinus, in l. 3. de Orig. Anim. cap. 9. S. Fulgentius, lib. de fide ad Petrum, c. 3. Innocentius I. in Epist. ad Patres Concilii Milevitani. Gregorius Magnus, l. 9. Moral. cap. 16. Et Episcopi Africani in Sardinia exules. Et ratio est. Quia fides catholica semper contra Pelagianos docuit, pueros absque sacramento fidei, & cum peccato originali decesserint, esse sub potestate diaboli, filios ire, Deo exolos, & in perpetuum damnationem traditos, dicente Paulo ad Rom. 5. v. v. 18. Per unius delictum in omnes homines in condemnationem, & S. Augustino, lib. 3. Oper. contra Julian. 199. dicente, quod Ecclesiæ parvulos ab baptismo accedentes insulationibus ventilare solet, ut vincat, parvulos nupam baptizatos a diabolo possideri, & in æternum ab eo possidendos; siabque baptismo præmatura morte rapiantur.

XXIII. Dices primo. Pueri non tenebantur in inferno, sicut sancti Patres, nisi propter peccatum originale; sed sancti Patres fuerunt liberati per Christum; ergo & pueri.

Resp. S. Th. citato loco ad 3. Quod sancti Patres, est ad hunc tenentur adhiberi reatu originali peccati, in quantum respicit humanam naturam: tamen liberati erant per fidem Christi ab omni macula peccati: Quia capax erant illius liberationis, quam Christus actuali descensu ad inferos. Sed hoc de pueris dici non potest, ut ex suprascriptis patet.

XXIV. Dices secundo. Teste Apostolo, Rom. 5. v. 15. Si unus delictus mali mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundavit. Sed propter peccatum primi parentis pueri cum originali decesserint in inferno, detinentur; ergo multo magis per gratiam Christi fuerunt liberati.

XXX. Respondet idem S. D. ibidem ad 2. Quod cum Apostolus dicit, quod gratia Dei in plures abundavit, ly plures, non est accipiendum comparativè, quasi plures uniusque sui salutari per gratiam Christi, quam damnati per peccatum Adæ: sed absolute, ac si diceret, quod gratia unius Christi abundavit in multos, sicut peccatum unius Adæ pervenit ad multos. Sed sicut peccatum Adæ ad eos tantum pervenit, qui per seminata rationem carnaliter ab eo descendunt: ita gratia Christi ad illos tantum pervenit, qui spiritualiter regeneratione ejus membra sunt facti, quod non competit pueris succedentibus reatu originali peccato.

XXVI. Dices tertio. Sicut baptismus operatur in virtute passionis Christi; ita & descensus ejus ad inferos: sed pueri per baptismum liberantur a peccato originali, & ab inferno; ergo similiter liberati fuerunt per descensum Christi ad inferos.

Respondet S. Thom. citatus ad 3. neg. conf. Quia baptismus adhibetur hominibus in hac vita, in qua homo potest transmutari de culpa in gratiam. Sed descensus Christi ad inferos exhibuitur fuit animabus post hanc vitam, ubi non sunt capaces transformationis prædictæ. Et ideo per baptismum pueri liberantur a peccato originali, & ab inferno, non autem per descensum Christi ad inferos.

D U B I U M III.

De Sanctis Patribus, & in Purgatorio detentis.

§. I.

Resolutio Prioris Paris.

CUM Christus ex dictis descensu suo nec in inferno eternaliter cruciatus, nec pueros in limbo ab peccato originale detentos, liberaverit, superset inquirendum, an SS. Patres, qui in Limbo, & eos, qui in purgatorio detinebantur, inde extraxerit, & an omnes. Quoad primum.

I. Dico. Christus descendens ad inferos omnes sanctos Patres ibi detentos liberavit, primo quidem claram divinitatis visionem eis exhibendo statim a sua morte, postea vero etiam ex loco inferni eos educendo. Ita S. Thom. 3. p. q. 92. art. 5. ubi dicitur id ostendit: Christus enim descendens ad inferos operatus est in virtute sue passionis. Per baptismum autem Christi liberatum est genus humanum non solum a peccato, sed a reatu poenæ. . . Dupliciter autem homines reatu poenæ erant afflicti. Uno modo pro peccato actuali, quod quilibet in sua persona commiserat. Alio modo pro peccato totius humanæ naturæ, quod a primo parente in omnes originaliter devenit, ut dicitur Rom. 5. Cujus quidem peccati poena est mors corporalis, & exclusio a vita gloria (ut patet ex his que dicuntur Gen. 2. & 3.) Nam Deus hominem de paradiso post peccatum ejecit, cui ante peccatum mortem fuerat comminatus, si peccaret. Et ideo Christus descendens ad inferos virtute sue passionis ab hoc reatu sanctos ab solvit, quæ erant a vita gloria exclusi, ut possent Deum per essentiam videre, in quo consistit perfectio hominis beatitudinis, ut in secunda parte dictum est. Per hoc autem sancti Patres detinebantur in inferno, quod eis ad vitam gloria propter peccatum primi parentis aditus non patebat. Et sic Christus descendens ad inferos sanctos Patres liberavit. Et hoc est quod dicitur Zacharie 9. Tu vero in sanguine Testamenti tui, eduxisti viros, quos de lacu, in quo non erat aqua: Et Celso, 2. dicitur, quod



quod expoliatus Principatus, & Potestatis: scilicet infernalis, aufertur Abraham, Isaac, & Jacob & ceteros justos, tradidit eos, id est longe ab hoc regno transferens, ad Celum duxit, ut Glossa ibidem dicit. Hucusque de Thom.

II. Hinc Christi de inferis triumphum concinit Ecclesia dicens: O vere digna hostia, per quam facta sunt tartara, redempta plebs captiva, reddita vita premia. Concinunt & Petrus, & Petrus l. 1. contra hereses, cap. 31. Propter Prophetiam (inquit) & justos descendit Christus inferiora terra. Tertullianus l. de Anima, cap. 55. Non ante ascendit in sublimia caelorum, quam descendit in inferiora terrarum, ut illic Pariteret, & Prophetas comperit sui faceret. Origenes in cap. ad Roman. intelligimus Christum descende in infernum descendisse, ut eos, qui tibi, non tam peccatorum criminibus, quam mortis conditione habebantur, absolvet. Et Nazianzenus, Orat. 21. in Pascha (quae est 42.) ostendit, Christum ad inferos descendente, non omnes sine exceptione salvos fecisse, sed credentes dumtaxat. Unde S. Augustinus, l. 20. de Civitate Dei, cap. 15. dicit: Non absurda credi, aliquos Sanctos qui venturi Christi tenentur fieri, locis quidem a tormentis impiorum remotissimis, sed tamen apud inferos fuisse, donec eos inde sanguis Christi, & ad ea loca descensus erueret.

III. Porro cum SS. Patres nullo dolore, seu poena sensus torquerentur, sed in spe gloriae promissae quiescerent, iniquis eis dolor inerat ex gloria, quam sibi promissam certo sperabant, dilutione; nam (Prov. 13. vers. 12.) spes, quae dissipatur, affligit animam; Alii hoc Christus suo descensu liberavit, ut sperando Celum, & clarum Dei visum impatiendo; & hoc sensu intelligi debet illud Act. 2. Solvisti dolentibus inferis. Quibus qui ante adventum Christi erant beati in spe, licet nondum essent beati in re, & sic solus fuit dolor, quem patiebantur ex distatione gloriae, ut docet S. Theod. ad 1. Licet autem per clarum Dei visum, istam fieri faceret essentialem beati in Celum tamen, qui proprie locum Beatorum est, antequam Christus illuc ascenderet, non fuerunt admitti, juxta illud: Ascendens in altum (Christus) captivum duxit captivitatem.

IV. Quod si quaeratur: quomodo Sancti detinebantur in inferno, qui mortui erant iustificati a peccato, cum nemo in inferno detineatur nisi propter peccatum? — Respondeo ex dictis cum S. Thoma ad 2. Quod Sancti Patres, dum viventes liberati fuerunt per fidem Christi ad omni peccato iam originali, quam actuali, & a reatu peccatorum actualium, non tamen a peccato originali peccati, per quem excluduntur a gloria, nondum saluto precio redemptionis humanae. Sicut etiam nunc fideles Christi liberantur per Baptismum a reatu actualium peccatorum, & a reatu originali quantum ad exclusionem a gloria, remanent tamen adhuc obligati reatu originali peccati, quantum ad necessitatem corporaliter moriendi: quia renovantur secundum spiritum, sed non tamen secundum carnem, secundum illud Rom. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter justificationem.

V. Non sic autem Christus veteres Patres ab inferno, seu limbo eduxit, ut illis qui succederent pararet locum, sed ut donec per sancti illum non adirent, neque teneri a diabolo possent, qui iam gloriosus esset, & superatus. Christus enim sua morte, ut dicitur Heb. 2. vers. 14. destruxit eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum. Et Osa. 13. v. 14. infernum hic memorandi, ut mortem interimeret, & Ps. 106. v. 16. Conspexit portas Aerae, & velles ferreas confregit, quem in figura adumbravit Simplicius Judic. 16. v. 3. quando apprehendit ambar para Urbis Gazae ferre: cum pectus suis, & ferrea, & portavit ad verticem montis, de quo August. l. 20. de Civitate Dei, cap. 15.

S. I.

Resolutio Posterioris Partis.

VI. Supposito, quod inter animarum receptacula post mortem sit Purgatorium, quod inferus late probabimus contra Lutheranos, & Calvinistas, aperitur locus quaestionis: an Christus illic descendente, ac descensu suo animas ibi detentas liberaverit. Et quidem quod Christus suo descensu liberaverit aliquas, est certum, quas invenit plene purgatas, sicut S. Thom. 3. p. 2. q. 52. art. 8. Alii vero putant ex specialis privilegio liberasse omnes, & Purgatorium evacuasse.

VII. Dico primo. Christus descensu suo ad inferos non omnes animas in purgatorio detentas per se loquendo liberavit, sed eas tantum a quibus plene purgatas invenit. Ratio S. Thomae est: Quia descensus hic fuit liberatorius in virtute passionis Christi: Passio autem non majoris virtutis fuit tunc, quam modo fuit; ergo cum modo non omnes hinc liberet, sed eos, quibus applicatur modis ad hoc instituta, seu qui iam purgati inventi fuerint; ergo etiam tunc. Unde concludit: Et ideo illi, qui fuerunt tales, quales nunc sunt, qui in purgatorio detinebantur, non fuerunt a purgatorio liberati per descensum Christi ad inferos: Si qui autem inventi sunt tales, quales etiam nunc debentur passioni Christi a purgatorio liberantur, tales nihil prohibet per descensum Christi ad inferos a purgatorio esse liberatos.

VIII. Sed dices: Si virtus passionis Christi semper est eadem, concludi poterit sacramenta novae legis non esse majoris efficaciae, quam sacramenta veteris legis, quia in utroque eadem Christi passio operatur. — Deinde ipsa Christi praesentia non minorem effectum habere debet, quam sacramenta ipsius; sed per sacramenta Christi animae a purgatorio li-

berantur; ergo multo magis per praesentiam Christi ad inferos descendente sunt animae a purgatorio liberatae.

IX. Respondeo negando aliumprum. Passio autem Christi semper eadem fuit: per modum cause universalis, non tamen semper applicata fuit per modum divinitus instituta eadem efficaciae. Sacramenta autem novae legis sunt media efficacius applicanda virtutem passionis Christi, quam sacramenta veteris legis. Et ideo sicut illa per se causant gratiam, ista vero per se non excolabant, ita illa a purgatorio animas liberant, ista non.

X. Ad id quod addit dicit cum S. Thom. citata q. 52. art. 8. ad 2. Descensum Christi ad inferos non fuisse modum ordinatum ad applicandam virtutem passionis Christi per modum satisfactionis pro poena, sicut fuit sacramenta: Virtus Christi (inquit) operatur in sacramentis per modum satisfactionis, & expiationis eiusdem. Unde sacramentum Eucharistiae liberat hominem a purgatorio, in quantum est sacrificium quoddam satisfactionis pro peccato. Descensus autem Christi ad inferos non fuit satisfactorius: operatur tamen in virtute passionis, quae fuit satisfactoria. Sed erat satisfactoria in generali, cuius virtutem operatur applicari ad unumquemque per aliquid specialiter ad ipsum pertinentem.

XI. In illis tamen, Christus eos, qui in purgatorio erant, liberavit a reatu poenae damni, quo excluduntur a gloria; ergo etiam liberavit eos a reatu poenae purgatorii. Quia Christus quocumque in hac vita curavit totaliter sanavit.

XII. Respondet S. Thom. laudato loco, ad 2. neg. conf. Nam illi descensus, a quibus Christus in hoc mundo simul homines liberavit, ergo personae, proprie ad unumquemque pertinent: sed extulio a gloria Dei erat quibus descensus generaliter pertinet ad totam humanam naturam. Et ideo, nihil prohibet eos, qui erant in purgatorio per Christum esse liberatos ad exclusionem a gloria, non autem a reatu poenae purgatorii, qui pertinet ad propriam destinationem. Sicut & cooperio sancti Patres: Christum descendente liberari fuit a propriis defectibus, non autem a defectu communi, sicut supra dictum est. (quest. 49. art. 5. ad 1.)

XIII. Dico secundo. Probabilis est, neque ex speciali privilegio animas omnes per descensum Christi ad inferos fuisse a purgatorio liberatas: oppositum tamen non est improbabile.

Primum partem ostendunt rationes supra allatae; neque constat de hoc privilegio. Quod si dicitur, liberatas fuisse non solum eas animas, quae sufficiens purgata erant, sed eas etiam, quae dum hic viverent speciales fidei, ac devotione ad mortem Christi, liberationem illam meruerant, merito congruenter, id est, ita ut affectus illi non fuerit absolutum meritum illius liberationis, sed congruentia quadam, cuius intuitu conferretur illud beneficium simpliciter indebitum, & extraordinarium, non dissentiam. — Nec etiam dissentiam, omnes animas in purgatorio excellentes specialis quadam consolatione, & novo gaudio fuisse perhasas ex Christi ad eas descensu, sperantes, se gloriam citius consecuturas. Et in hoc sensu intelligi videtur Eccl. 1. 24. Illuminabo omnes sperantes in Domino.

XIV. Secunda vero pars, quam sustinent Ambrosius Catharinus, & Dominicus Soto, non improbabilis redditur. Tum quia creditur est, Christum in adventu suo illo iustissimum, triumphantem morte, primas, casus, plenas indulgentias, tamquam indulgentiarum, quarum ex Christi meritis largissimus usus in Ecclesia erat futurus, primas, omnibus in purgatorio detentis concessisse, quibus animas illas, repositae fidei, & charitate plene dispositae, eique conjunctae omnes liberatae fuerint, & ad gloriam perduxit. Sic enim melius explicari videntur verba Pauli ad Coloss. 2. Et expoliatus Principatus, & Potestates, tradidit consilium palam triumphans illes in semetipso.

Tum quia Patres de iustorum liberatione ab inferis per Christum facta loquentes, nunquam piorum aliquos excipiunt, sed solos impios, de quorum salute penitus est desperatum. Interdum etiam de piis, & iustis universaliter loquuntur. Nam Origenes, Homil. 15. in Genes. Verba illa Christi ad latrones: Hodie mecum eris in Paradiso. (Luc. 23. vers. 43.) non latroni soli dicta esse affirmat, sed & omnibus Sanctis, qui ad inferna descendunt. Et August. in Psal. 85. testatur, Dominum ad infernum venisse, ut erueret inde omnium Antidorum praecedentium animas. Similes sunt universales sententiae apud Athanasium, Serm. de Passione, & Crucis, & Damascenum, Orat. de his qui in fide dormierunt. Manifeste vero ita sentire videtur Augustinus, lib. 12. de Genes. ad lit. cap. 33. Sic inquit: Et Christi quidem animam venisse usque ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, ut eos solveret a tormentis, quos esse solvendas docuit nobis sua justitia indicantibus, non immerito creditur. Deinde subiecta probatione ex eo, quod dicitur Act. 2. Solvisti dolentibus inferis; adiungit: Neque enim Abraham, vel ille pauper in sinu eius, hoc est in seculo quietis eius, in dolentibus erat: inter quorum requiem, & illa inferi tormenta legimus, maxime ab eo firmatum. Quamvis erant tormenta, ad quae solvenda Christus ad inferos descendit? non certe impiorum: sed nec omnium iustorum illi dependentium, nec enim Abraham, & Lazarus erant in tormentis; erant igitur eorum tantum, qui pro peccatis suis purgatorii poenis apud inferos adhuc tenebantur. Non dissimiliter loquitur item Augustinus, lib. 17. de Civitate Dei c. 11. ubi Christum dicit ad inferos descendisse, ut quosdam solvenda peccatorum vincula. Haec non improbabilem redditur sententiam asserentem, quod Christus suo descensu animas a purgatorio poenis liberaverit.

DUBIUM IV.

Quanto tempore Anima Christi apud Inferos manserit, & Corpus in Sepulchro.

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Dico. Christi anima a morte usque ad resurrectionem, nempe per unum diem, & duas noctes moram traxit apud inferos. Ita S. Thom. saepe dicta q. 52. 3. pars, art. 4. his verbis: Dicendum, quod sicut Christus, ut nostras poenas in se suscipere, voluit corpus suum in sepulchro poni, ita etiam voluit animam suam ad infernum descendere. Corpus autem eius mansit in sepulchro per diem integrum, & duas noctes ad comprobandum veritatem mortis suae. Unde etiam sanandum credendum est, animam eius fuisse in inferno, ut simul anima eius deduceretur ad inferos, & corpus de sepulchro. Ita tamen, ut ly simul, vel faciat sensum, quod in eodem fere instanti, seu brevissimo tempore, anima exierit de inferno, & corpus ei unicum exierit de sepulchro. Vel quod anima Christi motu instantaneo (ut de Angelis dicitur, 1. pars, quest. 33. art. 3.) exierit de inferno sic, ut primum non esse eius in inferno, fuerit primum esse eius in sepulchro, & in corpore, & ita tunc inde exierit.

II. Sed dices primo. Christus in infernum descendit, ut ex eo animas Patrum liberaret; sed hoc factum est statim in suo descensu; ergo &c.

Confirmatur. Christus ad infernum descendit, ut veteres ferreos confringeret, quibus animae illae tenebantur: ibi conclusit: sed hoc sine mora factum est imperio Domini, ac Salvatoris. Unde ex persona Angelorum comitantium Christum dicitur: Tollite portas principes castrorum eius, ergo &c.

III. Respondeo, concessis praemissis, neg. consequ. cum S. Th. citato ad 1. Nam Christus factum ad infernum descendente, sanctos ibi existentes liberavit, non quidem statim educendo eos de loco inferni, sed in ipso inferno lucis gloria illustrando. Et tamen convenienter fuit, ut tandem anima eius remaneret in inferno, quamvis corpus mansisset in sepulchro.

Eadem ratione ad confirmationem ibidem ad 2. dicit: Quod veteres inferni dicitur impeditum, quibus Sancti Patres de inferno exire prohibebantur reatu culpa primi peccati: quod Christus factum descendente ad inferos virtute sua passionis, & mortis confregit. Et tamen voluit in inferno aliquandiu manere propter rationem praedictam.

IV. Dices secundo, Luca 23. vers. 43. Dixit Christus latroni: Hodie mecum eris in Paradiso; ergo Christus eadem die fuit in Paradiso: non fecundum corpus, quod postquam fuit in sepulchro; ergo secundum animam, ergo moram non traxit in inferno.

Respondet S. Th. citato loco ad 3. Quod illud verbum Domini est intelligendum non de paradiso terrestri, & corpore, sed de paradiso spirituali, in quo esse dicitur, quicunque divina gloria perfruunt. Unde Lacro, loco quidem cum Christo ad infernum descendit, ut cum illo esset; quia dictum est in mecum eris in paradiso. Sed primum in paradiso fuit, quia ibi dominatio Christi fructuatur, sicut & alii Sancti. Unde distinguendum est illi, qui in paradiso hodie quoad premium gloriae, conc. ant. Quoad locum, nego antec.

S. II.

Quanto tempore Corpus Christi manserit in sepulchro.

V. Upsilon haec non est huius loci, cum praesenti tamen connectitur: Cum enim dicat S. Thom. tandem animam Christi mansisse apud inferos, quando corpus eius mansit in sepulchro: ideoque animam Christi fuisse apud inferos una die, & duas noctes, non modica fere apud inferos, quae sic propositur. Tandem Anima Christi mansit apud inferos, quomodo eius corpus jacuit in sepulchro: sed corpus Christi jacuit in sepulchro tribus diebus, & tribus noctibus, dicit Christus, Matth. 12. vers. 40. Sicut fuit Jonas in ventre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit filius hominis in corde terra tribus diebus, & tribus noctibus; ergo t. mediu anima Christi fuit apud inferos, non tantum una die, & duas noctes. Unde Irenaeus, lib. 5. adversus Haereses, cap. 32. discretis verbis asserit. Christum tribus diebus conversatum fuisse cum iis qui erant mortui; & similiter loquuntur Niffenus, Orat. 1. de Resurr. Christi, Tertullianus, de Anima, c. 55. & alii veteres ad illud Matth. 12. In corde terra.

VI. His tamen non obstantibus subsistit sententia communis, nimirum, quod una die integra, & duas noctibus corpus Christi jacuit in sepulchro, & consequenter eo tempore eius anima moram traxit apud inferos. Huius convenientiam S. Th. 3. p. 2. q. 51. art. 4. his verbis ostendit: Per mortem Christi liberati sumus a duplici morte, scilicet a morte animae, & a morte corporis: & hoc significatur per duas noctes, quibus Christus in sepulchro permansit. Mortem autem animae, quia non fuit ex peccato proveniens, sed ex caritate suscepta, non habuit rationem noctis sed diei: & ideo significatur per diem integrum, quae Christus fuit in sepulchro. Et propter hoc dicit S. Augustinus lib. 4. de Trinit. cap. 6. A vespere sepulchris, usque ad luculum resurrectionis: trinitas sex horas fuit, id est, non una cum die terra, & nocte tota. Ex quibus patet, secundum Augustinum, triginta sex horis corpus Christi jacuisse in sepul-

chro, & totidem horis eius animam apud inferos moram traxisse.

Aliam congruentiam, cur initio tertiae diei Christus resurrexerit, asserit S. Th. 3. p. 2. q. 51. art. 2. ut tempus significaretur, quod per resurrectionem Christi tertium tempus inciperet. Nam primum fuit ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Incipit etiam in Christi resurrectione, tertium saeculum Saeculorum. Nam primum fuit sub signis legis, secundum sub virtute fidei, tertium erit in aeternitate gloriae, quam Christus inchoavit resurgendo.

VII. His statim respondetur ad id quod in contrarium dicitur, ex S. Thom. 3. p. 2. q. 51. art. 4. ad 1. Scripturarum auctoritate loquendi modo, quo a patre totum intelligitur: ita scilicet, quod unam noctem, & unam diem accipimus pro uno die naturali. Et sic primus dies computatur ab extrema parte sui, quae Christus in sexta feria est mortuus, & sepultus. Secundus autem dies est integer cum viginti quatuor horis nocturnis, & diurnis; non autem sequens pertinet ad tertium diem. Sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum a luce in noctem: ita isti propter hominis reparationem, a tenebris computantur in lucem.

Ex quibus sequitur, quod computatione facta dicitur naturalium a media nocte in median noctem, juxta usitatum loquendi modum, distinde reperitur tres dies, & tres noctes conformiter verbis Christi Matth. 12. Primum enim diem, & primam noctem computat extrema pars feriae sextae cum 22 parte noctis, quae illam feriam sequitur usque ad median noctem. Secundus dies, & secunda noctem est integrum Sabbatum, cuius initium sumitur a media nocte feriae sextae sequente, & terminatur in median noctem sequentem Sabbatum. Tertia noctem est huius ipsius noctis posteriori medietas. Tertium autem dies est initium diei Dominicae; eximiam enim Christum in Aurora surrexisset. De hoc vide Augustinum, lib. 4. de Consensu Evangelistarum, cap. 24. Anselmus, in cap. 12. Mababii; & S. Leonem, Serm. 1. de Resurr. ubi pulcherrime dicit: Ne curbaris discipulorum animos longa multitudine cruciatu, denuntiamus tibi moram mira celeritate brevissimam, ut dum ad integrum diem parte primi novissima, & parte tertii prima concurrerit, & aliquantulum temporis spatio decidit, & nihil dierum numero desperet.

VIII. Facebant igitur Langius, & alii, qui, volentes Christum tribus diebus, & tribus noctibus integris in sepulchro quoad corpus, & apud inferos quoad animam permansisse, statuunt, Christum non feria sexta, sed die Veneris, sed feria quinta, id est die Jovis, mortuum, ac sepultum fuisse. Facessant, inquam, nam contra eos stat Scriptura. Primo. Quia juxta Scripturam Christus mortuus est, & sepultus in die Parasceves, Matth. 27. & Luca 23. dies autem Parasceves apud Iudaeos erat feria sexta, quia preparatoria ad Sabbatum. — Secundo. Ut habet Lucae cap. 23. & 24. mortuo Christo, & sepulchro, mulieres paraverunt aromata, quae tamen ab ungendo Christi corpore propter Sabbatum, quod incipiebat. Venientes autem una Sabbati, id est prima die post Sabbatum, & portantes aromata, invenerunt revolutum sepulchri lapidem, & Christum jam surrexisse; ergo Christus die Veneris mortuus fuit, ac sepultus, die Sabbati in sepulchro quietis, & die Dominica ante dicitulum resurrexit. — Tertio. Timotheus Judaei, ne Christi, & cum eo crucifixorum corpora remaneret in Cruce die Sabbati: Regeneratus Filium, ne confingeretur eorum cruce, & tolleretur. Atqui si feria quinta, seu die Jovis in Cruce actus fuisset Christus, nulla Iudaei causa fuisset timendi ne eorum corpora Sabbato adhuc penderent, quia absque Sabbati violatione corpora possent quinta, sextaque feria ad sextam usque horam pomeridianam in Cruce remanere; ergo &c. — Quarto. Christum mortuum fuisse circa meridiem feriae sextae, & vespere ejusdem diei sepultum, luculenter indicat S. Joannes, c. 19. v. 41. & 42. dicens: Erat autem in loco, ubi crucifixus est, horreus, & in hoc monumentum novum, in quo nondum quisquam posuisset fuerat. Ibi ergo propter Parasceven Iudaeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Jesum. His indicat S. Joannes, diem, quo mortuus fuit Christus fuisse Parasceven, & ideo propter imminens Sabbatum, quo operari nefas erat, corpus Christi in remotiorem locum transferri non potuisse. Quod si feria quinta mortuus fuisset, non adeo fuissent solliciti: nam pars feriae quinta relictus, & tota fere sexta feria, satis temporis Iudaei reliquissent corpus Christi in remotis sepulchrum esse relictum.

IX. Tandem Christum non feria quinta, sed sexta fuisse mortuum, constans est sententia Patrum, quae ad tempora Apostolorum propius accedunt. Ex quibus assero S. Ignatium Martyrem, qui, in Epist. ad Trallianum, ait: Dico ergo Parasceven (quae die Veneris) terra hora (Christus) accepit sententiam a Pilato... continue ergo Parasceven Parasceven, Sabbatum vero sepulchrum, & requiem, Dominica autem resurrectionem. S. Iustinus Martyrem, Apologia 2. pro Christianis, haec habentem: Pridio Saturni Ait Jesus in Crucem altus est, & postidie ejusdem, qui scilicet Sabbati est dies, Apostolus, & Discipuli apparuit. S. Irenaeus Episcopus Lugdunensem, lib. 5. contra Haereses, c. 23. ubi haec habet: Dominus venit ad passionem pridie ante Sabbatum, quae est sancta conditio tertiae diei; in qua homo platurus est, secundum platurum tamen, quia est a morte per suum passionem donatus, quibus eadem die hominem reformans, qui primo fuerat formatus. Sed haec satis. Innotat quoad Lector, si pro stabilendo tempore, quo anima Christi moram traxit apud inferos, in determinando tempore quo corpus eius jacuit in sepulchro, plus forte quam par erat, ipsum detinuerim.